3 1761 04643774 5

LX
P48758

PETRONII SATIRAE

ET LIBER PRIAPEORVM

TERTIVM EDIDIT

FRANCISCVS BVECHELER

ADIECTAE SVNT VARRONIS ET SENECAE SATIRAE
SIMILESQVE RELIQVIAE

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXII

PA
6558
A2
1882

21358
b

Tacitus annalium XVI 17: anno Christiano 66 eodem agmine Annaeus Mela, Cerialis Anicius, Rufius Crispinus ac Petronius cecidere. *tum in capite 18*: de C. Petronio pauca supra repetenda sunt. nam illi dies per somnum, nox officiis et oblectamentis vitae transigebatur; utque alios industria, ita hunc ignavia ad famam protulerat, habebaturque non ganeo et profligator ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu. ac dicta factaque eius quanto solutiora et quandam sui neglegentiam praeferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur. proconsul tamen Bithyniae et mox consul vigentem se ac parem negotiis ostendit. dein revolutus ad vitia seu vitiorum imitatione inter paucos familiarium Neroni adsumptus est, elegantiae arbiter, dum nihil amoenum et molle affluentia putat, nisi quod ei Petronius approbavisset. unde invidia Tigellini quasi adversus aemulum et scientia voluptatum potiorem. ergo crudelitatem principis, cui ceterae libidines cedebant, aggreditur amicitiam Scaevini Petronio obiectans corrupto ad indicium servo ademptaque defensione et maiore parte familiae in vincla rapta. forte illis diebus Campaniam petiverat Caesar, et Cumas usque progressus Petronius illic attinebatur. nec tulit ultra timoris aut spei moras. neque tamen praeceps vitam expulit sed incisas venas, ut libitum, obligatas aperire rursum et alloqui amicos, non per seria aut quibus gloriam constantiae peteret. audiebatque referentes nihil de immortalitate animi et sapientium placitis, sed levia carmina et faciles versus. servorum alios largitione, quosdam verberibus affecit. iniit epulas, somno indulsit, ut quanquam coacta mors fortuitae similis esset. ne codicillis quidem, quod plerique pereuntium, Neronem aut Tigellinum aut quem alium potentium adulatus est, sed flagitia principis sub nominibus exoletorum feminarumque et novitatem cuiusque stupri perscripsit atque obsignata misit

Neroni; fregitque anulum, ne mox usui esset ad facienda pericula. ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia matrimonio senatoris haud ignota et ipsi ad omnem libidinem adscita ac Petronio perquam familiaris. agitur in exilium, tanquam non siluisset quae viderat pertuleratque, proprio odio.

Macrobius in somnium Scipionis I 2, 8: auditum mulcent velut comoediae quales Menander eiusve imitatores agendas dederunt, vel argumenta fictis casibus amatorum referta quibus vel multum se Arbiter exercuit vel Apuleium nonnunquam lusisse miramur.

Ioannes Lydus de magistratibus I 41: Τοῦρνος δὲ καὶ Ἰουβενάλιος καὶ Πετρώνιος αὐτόθεν ταῖς λοιδορίαις ἐπεξελθόντες τὸν σατυρικὸν νόμον παρέτρωσαν.

PETRONII ARBITRI

SATIRARVM EXCERPTA

EX LIBRIS XV ET XVI

libro XIIII *caput 20 adsignatur in vetere Fulgentii codice, vide ibi adnotata*

L indicat excerpta pleniora quae ex deperditis codicibus Scaliger in apographon Leidense et Tornaesius Pithoeusque in editiones suas rettulerunt

O excerpta volgaria quae codex Bernensis deterioresque libri multi continent

H cenam Trimalchionis quam unus codex Traguriensis servavit

LO 'num alio genere furiarum declamatores inquietantur, qui 1
clamant: "haec vulnera pro libertate publica excepi; hunc oculum
pro vobis impendi: date mihi ducem, qui me ducat ad liberos
meos, nam succisi poplites membra non sustinent"? haec ipsa
tolerabilia essent, si ad eloquentiam ituris viam facerent. nunc
et rerum tumore et sententiarum vanissimo strepitu hoc tantum
proficiunt, ut cum in forum venerint, putent se in alium orbem
terrarum delatos. et ideo ego adulescentulos existimo in scholis
stultissimos fieri, quia nihil ex his, quae in usu habemus, aut
audiunt aut vident, sed piratas cum catenis in litore stantes,
sed tyrannos edicta scribentes, quibus imperent filiis ut patrum
suorum capita praecidant, sed responsa in pestilentiam data, ut
virgines tres aut plures immolentur, sed mellitos verborum glo-
bulos et omnia dicta factaque quasi papavere et sesamo sparsa.
qui inter haec nutriuntur, non magis sapere possunt, quam 2
bene olere, qui in culina habitant. pace vestra liceat dixisse,
primi omnium eloquentiam perdidistis. levibus enim atque ina-
nibus sonis ludibria quaedam excitando effecistis, ut corpus
orationis enervaretur et caderet. nondum iuvenes declamationi-
bus continebantur, cum Sophocles aut Euripides invenerunt
verba quibus deberent loqui. nondum umbraticus doctor inge-
nia deleverat, cum Pindarus novemque lyrici Homericis versibus
canere timuerunt. et ne poetas [quidem] ad testimonium citem,
certe neque Platona neque Demosthenen ad hoc genus exerci-

Adnotavi codicum discrepantiam memoratu dignissimam. scripturis quae in archetypo fuisse putandae sunt aut quibus non novimus vetustiores, aliam notam nullam adposui. in eis particulis quas L et O communes habent, cum Scaliger ceterique genus librorum utrumque adhibuerint, saepe vix definias in L quid traditum fuerit antiquitus. inclinatis litteris quae leguntur, desunt in codicibus. asterisci lacunas indicant aliqua librorum auctoritate testatas.

11 sed] et ‖ 15 haec tantum nutriuntur *excerpta codicis Parisini lat. 7647* ‖ 17 omnem *codex Bernensis* ‖ 20 atque *Heinsius* ‖ 22 debilitaverat *Haasius* ‖ 23 solum *pro* quidem *Sambucus*, tantum *alius*

tationis accessisse video. grandis et ut ita dicam pudica oratio *LO*
non est maculosa nec turgida, sed naturali pulchritudine exsurgit. nuper ventosa istaec et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit animosque iuvenum ad magna surgentes veluti pestilenti quodam sidere afflavit, semelque corrupta regula eloquentia stetit et obmutuit. ad summam, quis postea Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit? ac ne carmen quidem sani coloris enituit, sed omnia quasi eodem cibo pasta non potuerunt usque ad senectutem canescere. pictura quoque non alium exitum fecit, postquam Aegyptiorum audacia tam magnae artis compendiariam invenit.'

3 non est passus Agamemnon me diutius declamare in porticu, quam ipse in schola sudaverat, sed 'adulescens' inquit 'quoniam sermonem habes non publici saporis et, quod rarissimum est, amas bonam mentem, non fraudabo te arte secreta. *nihil* nimirum in his exercitationibus doctores peccant, qui necesse habent cum insanientibus furere. nam nisi dixerint quae adulescentuli probent, ut ait Cicero, "soli in scholis relinquentur". sicut [ficti] adulatores cum cenas divitum captant, nihil prius meditantur quam id quod putant gratissimum auditoribus fore: nec enim aliter impetrabunt quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint: sic eloquentiae magister, nisi tanquam piscator eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos,
4 sine spe praedae morabitur in scopulo. quid ergo est? parentes obiurgatione digni sunt, qui nolunt liberos suos severa lege proficere. primum enim sic ut omnia, spes quoque suas ambitioni donant. deinde cum ad vota properant, cruda adhuc studia in forum pellunt et eloquentiam, qua nihil esse maius confitentur, pueris induunt adhuc nascentibus. quod si paterentur laborum gradus fieri, ut studiosi iuvenes lectione severa irrigarentur, ut sapientiae praeceptis animos componerent, ut verba atroci stilo effoderent, ut quod vellent imitari diu audirent, *ut persuaderent* sibi nihil esse magnificum, quod pueris placeret: iam illa grandis oratio haberet maiestatis suae pondus. nunc pueri in scholis ludunt, iuvenes ridentur in foro, et quod utroque turpius est, quod quisque perperam didicit, in senectute confiteri non vult. sed ne me putes improbasse schedium Lucilianae humilitatis, quod sentio, et ipse carmine effingam:

---

1 video] et ideo ‖ 3 istaec *omisere O* ‖ 5 eloquentiae regula ‖ 6 qui postea ad summam thucididis ‖ 15 minimum *pro* nimirum *Gulielmus* ‖ 17 nam nisi] *quattuor quae secuntur periodos in hunc ordinem redactas esse ab epitomatore librorum quaedam vestigia probant* ‖ 26 ambitione ‖ 28 impellunt *LO*, propellunt *Tornaesiana* ‖ 29 discentibus *Iahnius*

LO artis severae si quis ambit effectus
mentemque magnis applicat, prius mores
frugalitatis lege poliat exacta.
nec curet alto regiam trucem vultu
cliensve cenas impotentium captet,
nec perditis addictus obruat vino
mentis calorem, neve plausor in scaenam
sedeat redemptus histrionis ad rictus.
sed sive armigerae rident Tritonidis arces,
seu Lacedaemonio tellus habitata colono
Sirenumve domus, det primos versibus annos
Maeoniumque bibat felici pectore fontem.
mox et Socratico plenus grege mittat habenas
liber et ingentis quatiat Demosthenis arma.
hinc Romana manus circumfluat et modo Graio
exonerata sono mutet suffusa saporem.
interdum subducta foro det pagina cursum
et fortuna sonet celeri distincta meatu
dent epulas et bella truci memorata canore
grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.
his animum succinge bonis: sic flumine largo
plenus Pierio defundes pectore verba.'

dum hunc diligentius audio, non notavi mihi Ascylti fugam 6
et dum in hoc dictorum aestu in hortis incedo, ingens scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat, ab extemporali declamatione nescio cuius, qui Agamemnonis suasoriam excepererat. dum ergo iuvenes sententias rident ordinemque totius dictionis infamant, opportune subduxi me et cursim Ascylton persequi coepi. sed nec viam diligenter tenebam [quia] nec quod stabulum esset sciebam. itaque quocunque ieram, eodem revertebar, donec et cursu fatigatus et sudore iam madens accedo aniculam quandam, quae agreste holus vendebat, et 'rogo' in- 7
quam 'mater, numquid scis ubi ego habitem?' delectata est illa urbanitate tam stulta et 'quidni sciam?' inquit, consurrexitque et coepit me praecedere. divinam ego putabam et

subinde ut in locum secretiorem venimus, centonem anus urbana reiecit et 'hic' inquit 'debes habitare'. cum ego negarem me agnoscere domum, video quosdam inter titulos nudasque

---

1 amat ‖ 3 polleat ‖ 7 scena ‖ 8 histrioni addictus ‖ 11 Sirenumque ‖ 16 mutent *Haasius* ‖ 17 versum *Heinsius* ‖ 18 fraterna *et* 19 dona *temptavi* ‖ 20 minentur ‖ 24 hoc aestu rerum motus incedo *Bernensis* ‖ 29 quo stabulum: *narratio amputata*

meretrices furtim spatiantes. tarde, immo iam sero intellexi me *LO*
in fornicem esse deductum. execratus itaque aniculae insidias
operui caput et per medium lupanar fugere coepi in alteram
partem, cum ecce in ipso aditu occurrit mihi aeque lassus ac
moriens Ascyltos; putares ab eadem anicula esse deductum.
itaque ut ridens eum consalutavi, quid in loco tam deformi fa-
8 ceret quaesivi. sudorem ille manibus detersit et 'si scires' inquit
'quae mihi acciderunt'. 'quid novi' inquam 'ego?' at ille defi-
ciens 'cum errarem' inquit 'per totam civitatem nec invenirem,
quo loco stabulum reliquissem, accessit ad me pater familiae et
ducem se itineris humanissime promisit. per anfractus deinde
obscurissimos egressus in hunc locum me perduxit prolatoque
peculio coepit rogare stuprum. | iam pro cella meretrix assem *L*
exegerat, | iam ille mihi iniecerat manum, et nisi valentior fuis- *LO*
sem, dedissem poenas'

*

| adeo ubique omnes mihi videbantur satureum bibisse *L*

*

iunctis viribus molestum contempsimus

*

9 quasi per caliginem vidi Gitona in crepidine semitae stan-
tem et in eundem locum me conieci.

cum quaererem numquid nobis in prandium [frater] paras-
set, consedit puer super lectum et manantes lacrimas pollice
extersit. perturbatus ego habitu fratris, quid accidisset, quaesivi.
et ille tarde quidem et invitus, sed postquam precibus etiam
iracundiam miscui, 'tuus' inquit 'iste frater seu comes paulo ante
in conductum accucurrit coepitque mihi velle pudorem extor-
quere. | cum ego proclamarem, gladium strinxit et "si Lucretia *LO*
es" inquit "Tarquinium invenisti."

| quibus ego auditis intentavi in oculos Ascylti manus et *L*
'quid dicis' inquam 'muliebris patientiae scortum, cuius ne spi-
ritus *quidem* purus est?' inhorrescere se finxit Ascyltos, mox
sublatis fortius manibus longe maiore nisu clamavit: 'non taces'
inquit 'gladiator obscene, quem de * ruina harena dimisit? non
taces, nocturne percussor, qui ne tum quidem, cum fortiter fa-
ceres, cum pura muliere pugnasti, cuius eadem ratione in viri-
dario frater fui, qua nunc in deversorio puer est?' 'subduxisti
10 te' inquam 'a praeceptoris colloquio.' 'quid ego, homo stultissime,

---

1 conspatiantes *libri plerique* ‖ 12 produxit *L* ‖ 22 expressit ‖ 24 seu comes *suspecta* ‖ 36 inquit

L facere debui, cum fame morerer? an videlicet audirem sententias, id est vitrea fracta et somniorum interpretamenta? multo me turpior es tu hercule, qui ut foris cenares, poetam laudasti'. itaque ex turpissima lite in risum diffusi pacatius ad reliqua secessimus

*

rursus in memoriam revocatus iniuriae 'Ascylte' inquam 'intellego nobis convenire non posse. itaque communes sarcinulas partiamur ac paupertatem nostram privatis quaestibus temptemus expellere. et tu literas scis et ego. ne quaestibus tuis obstem, aliud aliquid promittam; alioqui mille causae quotidie nos collident et per totam urbem rumoribus different'. non recusavit Ascyltos et 'hodie' inquit 'quia tanquam scholastici ad cenam promisimus, non perdamus noctem. cras autem, quia hoc libet, et habitationem mihi prospiciam et alium fratrem'. 'tardum est' inquam 'differre quod placet'

*

hanc tam praecipitem divisionem libido faciebat; iam dudum enim amoliri cupiebam custodem molestum, ut veterem cum Gitone meo rationem reducerem

*

postquam lustravi oculis totam urbem, in cellulam redii, 11
oculisque tandem bona fide exactis alligo artissimis complexibus puerum fruorque votis usque ad invidiam felicibus. nec adhuc quidem omnia erant facta, cum Ascyltos furtim se foribus admovit discussisque fortissime claustris invenit me cum fratre ludentem. risu itaque plausuque cellulam implevit, opertum me amiculo evolvit et 'quid agebas' inquit 'frater sanctissime, qui diverti contubernium facis?' nec se solum intra verba continuit, sed lorum de pera solvit et me coepit non perfunctorie verberare, adiectis etiam petulantibus dictis: 'sic dividere cum fratre nolito'

*

veniebamus in forum deficiente iam die, in quo notavimus 12
frequentiam rerum venalium, non quidem pretiosarum sed tamen quarum fidem male ambulantem obscuritas temporis facillime tegeret. cum ergo et ipsi raptum latrocinio pallium detulissemus, uti occasione opportunissima coepimus atque in quodam angulo laciniam extremam concutere, si quem forte emptorem splendor vestis posset adducere. nec diu moratus rusticus quidam familiaris oculis meis cum muliercula comite propius acces-

2 vitream fractam ‖ 11 deferent ‖ 14 aliquem ‖ 18 deducerem ‖ 26 quid .i. verticontubernium ‖ 31 talium *Iacobsius*

sit ac diligentius considerare pallium coepit. invicem Ascyltos *L*
iniecit contemplationem super umeros rustici emptoris ac subito
exanimatus conticuit. ac ne ipse quidem sine aliquo motu ho-
minem conspexi, nam videbatur ille mihi esse, qui tunicam in
solitudine invenerat. plane is ipse erat. sed cum Ascyltos timeret
fidem oculorum, ne quid temere faceret, prius tanquam emptor
propius accessit detraxitque umeris laciniam et diligentius temp-
13 tavit. o lusum fortunae mirabilem. nam adhuc suturae quidem
non attulerat rusticus curiosas manus, sed tanquam mendici
spolium etiam fastidiose venditabat. Ascyltos postquam deposi-
tum esse inviolatum vidit et personam vendentis contemptam,
seduxit me paululum a turba et 'scis' inquit 'frater, rediisse ad
nos thesaurum de quo querebar? illa est tunicula adhuc, ut ap-
paret, intactis aureis plena. quid ergo facimus, aut quo iure
rem nostram vindicamus?'

exhilaratus ego non tantum quia praedam videbam, sed
etiam quod fortuna me a turpissima suspicione dimiserat, negavi
circuitu agendum, sed plane iure civili dimicandum, ut si nollent
alienam rem domino reddere, ad interdictum venirent.

14 contra Ascyltos leges timebat et 'quis' aiebat 'hoc loco nos
novit, aut quis habebit dicentibus fidem? mihi plane placet emere,
quamvis nostrum sit, quod agnoscimus, et parvo aere recuperare
potius thesaurum, quam in ambiguam litem descendere:

| quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat, *LO*
aut ubi paupertas vincere nulla potest?
ipsi qui Cynica traducunt tempora pera,
non nunquam nummis vendere vera solent.
ergo iudicium nihil est nisi publica merces,
atque eques in causa qui sedet, empta probat.'

| sed praeter unum dipondium, quo cicer lupinosque de- *L*
stinaveramus mercari, nihil ad manum erat. itaque ne interim
praeda discederet, vel minoris pallium addicere placuit et pre-
tium maioris compendii leviorem facere iacturam. cum primum
ergo explicuimus mercem, mulier operto capite, quae cum ru-
stico steterat, inspectis diligentius signis iniecit utramque laci-
niae manum magnaque vociferatione 'latrones' [tenere] clamavit.
contra nos perturbati, ne videremur nihil agere, et ipsi scissam

2 *haec male contracta. Petronii opinor fuisse* tunicae contem-
platione iniectae super umeros rustici ‖ 7 tenuit ‖ 8 adhuc nec futurae
(*aut* furtivae) quidem attulerat ‖ 18 nollet ‖ 19 veniret ‖ 24 *hoc carmen
libri paulo superius collocarunt post* veniret 19 ‖ 26 cera ‖ 27 verba
solent emere *O* ‖ 30 dipondium sicel lupinosque quibus destinaveramus.
narratio amputata ‖ 31 itaque *libri post* discederet *collocarunt* ‖ 32 et]
ut ‖ 33 faceret *quo servato Gronovius* levior *et* iactura ‖ 34 aperto

L et sordidam tenere coepimus tunicam atque eadem invidia proclamare, nostra esse spolia quae illi possiderent. sed nullo genere par erat causa, [nam] et coctiones qui ad clamorem confluxerant, nostram scilicet de more ridebant invidiam, quod pro illa parte vindicabant pretiosissimam vestem, pro hac pannuciam ne centonibus quidem bonis dignam. hinc Ascyltos bene risum discussit, qui silentio facto 'videmus' inquit 'suam cuique rem esse carissimam; reddant nobis tunicam nostram et pallium suum recipiant.' etsi rustico mulierique placebat permutatio, advocati tamen iam pene nocturni, qui volebant pallium lucri facere, flagitabant uti apud se utraque deponerentur ac postero die iudex querellam inspiceret. neque enim res tantum, quae viderentur, in controversiam esse, /sed longe aliud quaeri, *quod* in utraque parte scilicet latrocinii suspicio haberetur. iam sequestri placebant, et nescio quis ex coctionibus, calvus, tuberosissimae frontis, qui solebat aliquando etiam causas agere, invaserat pallium exhibiturumque crastino die affirmabat. ceterum apparebat nihil aliud quaeri nisi ut semel deposita vestis inter praedones strangularetur, et nos metu criminis non veniremus ad constitutum.

idem plane et nos volebamus. itaque utriusque partis votum casus adiuvit. indignatus enim rusticus, quod nos centonem exhibendum postularemus, misit in faciem Ascylti tunicam et liberatos querella iussit pallium deponere, quod solum litem faciebat

*

et recuperato, ut putabamus, thesauro in deversorium praecipites abimus praeclusisque foribus ridere acumen non minus coctionum quam calumniantium coepimus, quod nobis ingenti calliditate pecuniam reddidissent.

nolo quod cupio, statim tenere,
. . . . . nec victoria mi placet parata

*

LO | sed ut primum beneficio Gitonis praeparata nos implevimus cena, ostium non satis audaci strepitu exsonuit impulsum. 16

cum et ipsi ergo pallidi rogaremus, quis esset, 'aperi' inquit 'iam scies'. dumque loquimur, sera sua sponte delapsa cecidit reclusaeque subito fores admiserunt intrantem. mulier autem

---

3 nam] nostra *Tornaesiana* | conciones quae: *item infra* 15 concionibus *et* 27 concionum ‖ 4 *expectabam* nos s. d. m. ridebant, quod p. i. p. vindicari videbant ‖ 6 pene | rixam *Iacobsius* ‖ 7 videamus ‖ 10 *in mentem mihi venit* eam impedituri quia ‖ 13 in utra parte *Daniel* ‖ 32 *fortasse* ostium nostrum | exsonuit *pro* sonuit *novicium* ‖ 35 remissaeque *O*

erat operto capite, illa scilicet quae paulo ante cum rustico stete- *LO*
rat, et 'me derisisse' inquit 'vos putabatis? ego sum ancilla
Quartillae, cuius vos sacrum ante cryptam turbastis. ecce ipsa
venit ad stabulum petitque ut vobiscum loqui liceat. nolite per-
turbari. nec accusat errorem vestrum nec punit, immo potius
miratur, quis deus iuvenes tam urbanos in suam regionem de-
17 tulerit.' tacentibus adhuc nobis et ad neutram partem adsensio-
nem flectentibus intravit ipsa, una comitata virgine, sedensque
super torum meum diu flevit. ac ne tunc quidem nos ullum
adiecimus verbum, sed attoniti expectavimus lacrimas ad ostenta-
tionem doloris paratas. ut ergo tam ambitiosus detumuit imber,
retexit superbum pallio caput et manibus inter se usque ad arti-
culorum strepitum constrictis 'quaenam est' inquit 'haec audacia,
aut ubi fabulas etiam antecessura latrocinia didicistis? misereor
medius fidius vestri; neque enim impune quisquam quod non
licuit, adspexit. utique nostra regio tam praesentibus plena est
numinibus, ut facilius possis deum quam hominem invenire. ac
ne me putetis ultionis causa huc venisse, aetate magis vestra
commoveor quam iniuria mea. imprudentes enim, ut adhuc pu-
to, admisistis inexpiabile scelus. ipsa quidem illa nocte vexata
tam periculoso inhorrui frigore, ut tertianae etiam impetum ti-
meam. et ideo medicinam somnio petii iussaque sum vos per-
quirere atque impetum morbi monstrata subtilitate lenire. sed
de remedio non tam valde laboro; maior enim in praecordiis
dolor saevit, qui me usque ad necessitatem mortis deducit, ne
scilicet iuvenili impulsi licentia quod in sacello Priapi vidistis,
vulgetis deorumque consilia proferatis in populum. protendo
igitur ad genua vestra supinas manus petoque et oro, ne noctur-
nas religiones iocum risumque faciatis, neve traducere velitis tot
annorum secreta, quae vix mille homines noverunt.'
18 secundum hanc deprecationem lacrimas rursus effudit ge-
mitibusque largis concussa tota facie ac pectore torum meum
pressit. ego eodem tempore et misericordia turbatus et metu,
bonum animum habere eam iussi et de utroque esse securam:
nam neque sacra quemquam vulgaturum, et si quod praeterea
aliud remedium ad tertianam deus illi monstrasset, adiuvatu-
ros nos divinam providentiam vel periculo nostro. hilarior post
hanc pollicitationem facta mulier basiavit me spissius, et ex la-

---

1 illa — steterat *tanquam ex. p.* 12, 34 *male repetita Iacobsius damnabat* ‖ 3 sacram *O* ‖ 7 autem adhuc *vel* adhuc autem *libri aliquot* | adsentationem ‖ 10 spectavimus *Sambucus* ‖ 11 ut vero *L* | detonuit ‖ 20 curis *aut* insomniis *omissum puto ante* vexata ‖ 22 somno ‖ 23 salubritate *Heinsius* ‖ 26 impulsu licentiam *O*

LO crimis in risum mota descendentes ab aure capillos meos lenta
L manu duxit | et 'facio' inquit 'indutias vobiscum, et a constituta
LO lite dimitto. quod | si non adnuissetis de hac medicina quam
peto, iam parata erat in crastinum turba, quae et iniuriam meam
vindicaret et dignitatem:

contemni turpe est, legem donare superbum;
hoc amo, quod possum qua libet ire via.
nam sane et sapiens contemptus iurgia nectit,
et qui non iugulat, victor abire solet'

*

complosis deinde manibus in tantum repente risum effusa
est, ut timeremus. idem ex altera parte et ancilla fecit, quae
prior venerat, idem virguncula, quae una intraverat. omnia 19
mimico risu exsonuerant, cum interim nos, quae tam repentina
esset mutatio animorum facta, ignoraremus ac modo nosmet
ipsos modo mulieres intueremur

. . . . . *

L | 'ideo vetui hodie in hoc deversorio quemquam mortalium
admitti, ut remedium tertianae sine ulla interpellatione a vobis
acciperem.' ut haec dixit Quartilla, Ascyltos quidem paulisper
obstupuit, ego autem frigidior hieme Gallica factus nullum potui
verbum emittere. sed ne quid tristius expectarem, comitatus
faciebat. tres enim erant mulierculae, si quid vellent conari,
infirmissimae, scilicet contra nos, *quibus* si nihil aliud, virilis
sexus esset. et praecincti certe altius eramus. immo ego sic iam
paria composueram, ut si depugnandum foret, ipse cum Quar-
tilla consisterem, Ascyltos cum ancilla, Giton cum virgine

*

tunc vero excidit omnis constantia attonitis, et mors non
dubia miserorum oculos coepit obducere

*

'rogo' inquam 'domina, si quid tristius paras, celerius con- 20
fice; neque enim tam magnum facinus admisimus, ut debeamus
torti perire'

*

ancilla quae Psyche vocabatur, lodiculam in pavimento di-
ligenter extendit

*

sollicitavit inguina mea mille iam mortibus frigida

---

1 tentata *vel* temptata manu ‖ 3 *flagitamus* vos lite ‖ 8 flectit ‖ 13 nimio *libri praeter Bernensem* ‖ 23 esset, at *codex Scaligeranus. ei particulae locus erat in priore sententia aperte mutila*

*

operuerat Ascyltos pallio caput, admonitus scilicet pericu- *L*
losum esse, alienis intervenire secretis

*

duas institas ancilla protulit de sinu alteraque pedes nostros alligavit, altera manus

*

Ascyltos iam deficiente fabularum contextu 'quid? ego' inquit 'non sum dignus qui bibam?' ancilla risu meo prodita complosit manus et 'apposui quidem * adulescens, solus tantum medicamentum ebibisti?' 'itane est?' inquit Quartilla 'quicquid saturei fuit, Encolpius ebibit?'

*

non indecenti risu latera commovit

*

| ac ne Giton quidem ultimo risum tenuit, utique postquam *L*
virguncula cervicem eius invasit et non repugnanti puero innumerabilia oscula dedit

*

21 | volebamus miseri exclamare, sed nec in auxilio erat quis- *L*
quam, et hinc Psyche acu comatoria cupienti mihi invocare Quiritum fidem malas pungebat, illinc puella penicillo, quod et ipsum satureo tinxerat, Ascylton opprimebat

*

ultimo cinaedus supervenit myrtea subornatus gausapa cinguloque succinctus

modo extortis nos clunibus cecidit, modo basiis olidissimis inquinavit, donec Quartilla balaenaceam tenens virgam alteque succincta iussit infelicibus dari missionem

*

uterque nostrum religiosissimis iuravit verbis, inter duos periturum esse tam horribile secretum

*

intraverunt palaestritae complures et nos legitimo perfusos oleo refecerunt. utcunque ergo lassitudine abiecta cenatoria repetimus et in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant et reliquus lautitiarum apparatus splendidissime ex-

---

5 ergo ‖ 7 apposuit | tamen *Scaligeranus* ‖ 8 *hic* Encolpius ebibit *conlocandum esse et* 9 ebibisti *Strelitzius censet* | in libro XIIII. ubi Quartilla interposita Ascilto et Encolpio propinato iterum illa parte [*expectabam* propinat et huic ancilla partem] Ascilti tribuit ad potandum. unde ait Quartilla 'quicquid satirei fuit, Encolpius ebibit?' *adscripsit interpolator Fulgentii verbis eis quae in fr. VII posui in codice Parisino 7975 saeculi XI* ‖ 18 gausapia

L positus. iussi ergo discubuimus, et gustatione mirifica initiati vino etiam Falerno inundamur. excepti etiam pluribus ferculis cum laberemur in somnum, 'itane est?' inquit Quartilla 'etiam dormire vobis in mente est, cum sciatis Priapi genio pervigilium deberi?'

*

cum Ascyltos gravatus tot malis in somnum laberetur, illa 22 quae iniuria depulsa fuerat ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricuit et non sentientis labra umerosque sopitionibus pinxit. iam ego etiam tot malis fatigatus minimum veluti gustum hauseram somni; idem et tota intra forisque familia fecerat, atque alii circa pedes discumbentium sparsi iacebant, alii parietibus appliciti, quidam in ipso limine coniunctis manebant capitibus; lucernae quoque umore defectae tenue et extremum lumen spargebant: cum duo Syri expilaturi [lagoenam] triclinium intraverunt, dumque inter argentum avidius rixantur, diductam fregerunt lagoenam. cecidit etiam mensa cum argento, et ancillae super torum marcentis excussum forte altius poculum caput tetigit. ad quem ictum exclamavit illa pariterque et fures prodidit et partem ebriorum excitavit. Syri illi qui venerant ad praedam, postquam deprehensos se intellexerunt, pariter secundum lectum conciderunt, ut putares hoc convenisse, et stertere tanquam olim dormientes coeperunt.

iam et tricliniarches experrectus lucernis occidentibus oleum infuderat, et pueri detersis paulisper oculis redierant ad ministerium, cum intrans cymbalistria et concrepans aera omnes excitavit. refectum igitur est convivium et rursus Quartilla ad bi- 23 bendum revocavit. adiuvit hilaritatem comissantis cymbalistria

*

intrat cinaedus, homo omnium insulsissimus et plane illa domo dignus, qui ut infractis manibus congemuit, eiusmodi carmina effudit:

'huc huc *cito* convenite nunc, spatalocinaedi,
pede tendite, cursum addite, convolate planta
femore*que* facili, clune agili et manu procaces,
molles, veteres, Deliaci manu recisi.'

consumptis versibus suis immundissimo me basio conspuit. mox et super lectum venit atque omni vi detexit recusantem. super inguina mea diu multumque frustra moluit. profluebant per

---

1 invitati *Iahnius* ‖ 6 iniuria depulsa *male breviata videntur* | larga *Iungermannus* ‖ 7 sopionibus *libri Catulli 37, 10.* ropionibus *Hertzius* ‖ 11 marcebant *Tornaesiana* ‖ 16 fregit ‖ 20 *expectatur* eos convivas esse *aut* nobiscum venisse ‖ 26 *fortasse* cymbalistriae [cantus ‖ 28 concrepuit *Iahnius* ‖ 33 veneres *conieci* ‖ 36 perfluebant

frontem sudantis acaciae rivi, et inter rugas malarum tantum *L*
24 erat cretae, ut putares detectum parietem nimbo laborare. non
tenui ego diutius lacrimas, sed ad ultimam perductus tristitiam
'quaeso' inquam 'domina, certe embasicoetan iusseras dari'. com-
plosit illa tenerius manus et 'o' inquit 'hominem acutum atque
urbanitatis vernaculae fontem. quid? tu non intellexeras, cinae-
dum embasicoetan vocari?' deinde ut contubernali meo melius
succederet, 'per fidem' inquam 'vestram, Ascyltos in hoc tri-
clinio solus ferias agit?' 'ita' inquit Quartilla 'et Ascylto emba-
sicoetas detur'. ab hac voce equum cinaedus mutavit transituque
ad comitem meum facto clunibus eum basiisque distrivit. | sta- *LG*
bat inter haec Giton et risu dissolvebat ilia sua. itaque conspi-
cata eum Quartilla, cuius esset puer, diligentissima sciscitatione
quaesivit. cum ego fratrem meum esse dixissem, 'quare ergo'
inquit 'me non basiavit?' vocatumque ad se in osculum appli-
cuit. mox manum etiam demisit in sinum et pertrectato vasculo
tam rudi 'haec' inquit 'belle cras in promulside libidinis nostrae
militabit; hodie enim post asellum diaria non sumo.'
25 cum haec diceret, ad aurem eius Psyche ridens accessit, et
cum dixisset nescio quid, 'ita, ita' inquit Quartilla 'bene admo-
nuisti. cur non, quia bellissima occasio est, devirginatur Pan-
nychis nostra?' continuoque producta est puella satis bella et
quae non plus quam septem annos habere videbatur, [et] ea ipsa
quae primum cum Quartilla in cellam venerat nostram. plau-
dentibus ergo universis et postulantibus nuptias [fecerunt] ob-
stupui ego et nec Gitona, verecundissimum puerum, sufficere
huic petulantiae affirmavi, nec puellam eius aetatis esse, ut mu-
liebris patientiae legem posset accipere. 'ita' inquit Quartilla
'minor est ista, quam ego fui, cum primum virum passa sum?
Iunonem meam iratam habeam, si unquam me meminerim vir-
ginem fuisse. nam et infans cum paribus inclinata sum, et sub-
inde procedentibus annis maioribus me pueris applicui, donec
ad hanc aetatem perveni. hinc etiam puto proverbium natum
illud, [ut dicatur] posse taurum tollere, qui vitulum sustulerit.'
igitur ne maiorem iniuriam in secreto frater acciperet consur-
26 rexi ad officium nuptiale. iam Psyche puellae caput involverat
flammeo, iam embasicoetas praeferebat facem, iam ebriae mu-
lieres longum agmen plaudentes fecerant thalamumque incesta
exornaverant veste, cum Quartilla quoque iocantium libidine

---

6 vernulae ‖ 7 ut] ne *Goldastus* ‖ 24 venerat in nostram cellam *pars librorum* ‖ 31 inquinata ‖ 32 prodeuntibus ‖ 33 natum puto proverbium illud *codex Traguriensis* ‖ 34 ut dicatur *non est in L* ‖ 39 tum | quoque *quod alii libri post* iocantium *posuere interpolatum videtur*

LO accensa et ipsa surrexit correptumque Gitona in cubiculum traxit.

sine dubio non repugnaverat puer, ac ne puella quidem tristis expaverat nuptiarum nomen. itaque cum inclusi iacerent, consedimus ante limen thalami, et in primis Quartilla per rimam improbe diductam applicuerat oculum curiosum lusumque puerilem libidinosa speculabatur diligentia. me quoque ad idem spectaculum lenta manu traxit, et quia considerantium cohaeserant vultus, quicquid a spectaculo vacabat, commovebat obiter labra et me tanquam furtivis subinde osculis verberabat

*

L | abiecti in lectis sine metu reliquam exegimus noctem

*

H | venerat iam tertius dies, id est expectatio liberae cenae, sed tot vulneribus confossis fuga magis placebat, quam quies. itaque cum maesti deliberaremus, quonam genere praesentem evitaremus procellam, unus servus Agamemnonis interpellavit trepidantes et 'quid? vos' inquit 'nescitis, hodie apud quem fiat? Trimalchio, lautissimus homo, horologium in triclinio et bucinatorem habet subornatum, ut subinde sciat, quantum de vita perdiderit'. amicimur ergo diligenter obliti omnium malorum, et Gitona libentissime servile officium tuentem usque hoc iubemus in balnea sequi. nos interim vestiti errare coepimus 27
immo iocari magis et circulis [ludentem] accedere, cum subito *HL* | videmus senem calvum, tunica vestitum russea, inter pueros capillatos ludentem pila. nec tam pueri nos, quamquam erat operae pretium, ad spectaculum duxerant, quam ipse pater familiae, qui soleatus pila prasina exercebatur. nec amplius eam repetebat quae terram contigerat, sed follem plenum habebat servus sufficiebatque ludentibus. notavimus etiam res novas. nam duo spadones in diversa parte circuli stabant, quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas, non quidem eas quae inter manus lusu expellente vibrabant, sed eas quae in *H* terram decidebant. cum has ergo miraremur lautitias, | accurrit Menelaus et 'hic est' inquit 'apud quem cubitum ponetis, et quidem iam principium cenae videtis'. et iam non loquebatur Menelaus cum | Trimalchio digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti subiecit. exonerata ille vesica aquam poposcit ad manus, digitosque paululum adspersos in capite pueri tersit.

8 haeserant ‖ 12 *scribendum* et expectatio *nisi haec epitomator addidit* ‖ 20 hoc *mutilatum videtur* ‖ 21 balneo ‖ 26 quia *H* ‖ 32 ergo *om. L* ‖ 34 quid iam | etiamnum *Schefferus* ‖ 36 supposuit *L*

28 longum erat singula excipere. itaque intravimus balneum, *HL*
et sudore calfacti momento temporis ad frigidam eximus. iam
Trimalchio unguento perfusus tergebatur, non linteis, sed pal-
liis ex lana mollissima factis. tres interim iatraliptae in conspec-
tu eius Falernum potabant, | et cum plurimum rixantes effun- 5
derent, Trimalchio hoc suum propinasse dicebat. | hinc involutus *HL*
coccina gausapa lecticae impositus est praecedentibus phaleratis
cursoribus quattuor et chiramaxio, in quo deliciae eius vehebantur, puer vetulus, lippus, domino Trimalchione deformior. cum
ergo auferretur, ad caput eius symphoniacus cum minimis tibiis 10
accessit et tanquam in aurem aliquid secreto diceret, toto itinere
cantavit.

sequimur nos admiratione iam saturi et cum Agamemnone
ad ianuam pervenimus, | in cuius poste libellus erat cum hac in- *H*
scriptione fixus: 'quisquis servus sine dominico iussu foras exie- 15
rit, accipiet plagas centum'. | in aditu autem ipso stabat ostiarius *HL*
prasinatus, cerasino succinctus cingulo, atque in lance argentea
pisum purgabat. super limen autem cavea pendebat aurea, in
29 qua pica varia intrantes salutabat. ceterum ego dum omnia stu-
peo, paene resupinatus crura mea fregi. ad sinistram enim in- 20
trantibus non longe ab ostiarii cella canis ingens, catena vinctus,
in pariete erat pictus superque quadrata litera scriptum 'cave
canem'. et collegae quidem mei riserunt, ego autem collecto
spiritu non destiti totum parietem persequi. erat autem venali-
cium *cum* titulis pictum, et ipse Trimalchio capillatus caduceum 25
tenebat Minervaque ducente Romam intrabat. hinc quemadmo-
dum ratiocinari didicisset, denique dispensator factus esset.
omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. in
deficiente vero iam porticu levatum mento in tribunal excel-
sum Mercurius rapiebat. praesto erat Fortuna cornu abun- 30
danti copiosa et tres Parcae aurea pensa torquentes. notavi
etiam in porticu gregem cursorum cum magistro se exercentem.
praeterea grande armarium in angulo vidi, in cuius aedicula
erant Lares argentei positi Venerisque signum marmoreum et
pyxis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius conditam esse 35
dicebant.

interrogare ergo atriensem coepi, quas in medio picturas ha-

---

5 bibebant *L* ‖ 8 ferebantur *L* ‖ 10 cum minimis symphoniacus ‖ 16 autem *om. L* ‖ 17 lance *om. H* ‖ 19 ad omnia *Heinsius* ‖ 27 dein *vel* deinde *L* ‖ 31 copiosa *expungebat Goesius quo facto scribendum* cum cornu. *an* conspicua? ‖ 34 marmoreum positum et *H* ‖ 37 ego *L*

H berent. 'Iliada et Odyssian' inquit | 'ac Laenatis gladiatorium munus.' non licebat multaciam considerare

HL nos | iam ad triclinium perveneramus, in cuius parte prima procurator rationes accipiebat. et quod praecipue miratus sum, in postibus triclinii fasces erant cum securibus fixi, quorum unam partem quasi embolum navis aeneum finiebat, in quo erat scriptum: 'C. Pompeio Trimalchioni, seviro Augustali, Cinnamus dispensator'. sub eodem titulo et lucerna bilychnis de camera pendebat, et duae tabulae in utroque poste defixae, quarum altera, si bene memini, hoc habebat inscriptum: 'III. et pridie kalendas Ianuarias C. noster foras cenat', altera lunae cursum stellarumque septem imagines pictas; et qui dies boni quique incommodi essent, distinguente bulla notabantur.

H | his repletis voluptatibus cum conaremur in triclinium intrare, exclamavit unus ex pueris, qui super hoc officium erat positus: 'dextro pede'. sine dubio paulisper trepidavimus, ne *HL* contra praeceptum aliquis nostrum limen transiret. | ceterum ut pariter movimus dextros gressus, servus nobis despoliatus procubuit ad pedes ac rogare coepit, ut se poenae eriperemus: nec magnum esse peccatum suum, propter quod periclitaretur; subducta enim sibi vestimenta dispensatoris in balneo, quae vix fuissent decem sestertiorum. rettulimus ergo dextros pedes dispensatoremque in atrio aureos numerantem deprecati sumus, ut servo remitteret poenam. superbus ille sustulit vultum et 'non tam iactura me movet' inquit 'quam negligentia nequissimi servi. vestimenta mea cubitoria perdidit, quae mihi natali meo cliens quidam donaverat, Tyria sine dubio, sed iam semel lota. quid 31 ergo est? dono vobis eum'.

obligati tam grandi beneficio cum intrassemus triclinium, occurrit nobis ille idem servus, pro quo rogaveramus, et stupentibus spississima basia impegit gratias agens humanitati nostrae. ad summam 'statim scietis' ait 'cui dederitis beneficium. vinum dominicum ministratoris gratia est'

*

tandem ergo discubuimus pueris Alexandrinis aquam in manus nivatam infundentibus aliisque insequentibus ad pedes ac paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus. ac ne in hoc quidem tam molesto tacebant officio, sed obiter cantabant. ego

---

2 multa iam *fuisse puto aut* multas *adiectumque inter alia nomen* ‖ 3 veneramus *L* ‖ 7 Cn. ‖ 8 etiam *L* ‖ 18 pariter *om. L* ‖ 19 ante pedes *L* ‖ 23 in precario ‖ 26 donaverat cliens quidam *L* ‖ 28 eum *om. L* ‖ 30 stupentibus *post* basia *L collocat* ‖ 35 ped...ad *H*

experiri volui, an tota familia cantaret, itaque potionem poposci. *HL*
paratissimus puer non minus me acido cantico excepit, et quisquis aliquid rogatus erat ut daret pantomimi chorum, non patris familiae triclinium crederes. allata est tamen gustatio valde lauta; nam iam omnes discubuerant praeter ipsum Trimalchionem, cui locus novo more primus servabatur. ceterum inter promulsidaria asellus erat Corinthius cum bisaccio positus, qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras. tegebant asellum duae lances, in quarum marginibus nomen Trimalchionis inscriptum erat et argenti pondus. ponticuli etiam ferruminati sustinebant glires melle ac papavere sparsos. fuerunt et tomacula super craticulam argenteam ferventia posita, et infra craticulam Syriaca pruna cum granis Punici mali.

32 in his eramus lautitiis, cum ipse Trimalchio ad symphoniam allatus est positusque inter cervicalia munitissima expressit imprudentibus risum. pallio enim coccineo adrasum excluserat caput circaque oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam fimbriis hinc atque illinc pendentibus. habebat etiam in minimo digito sinistrae manus anulum grandem subauratum, extremo vero articulo digiti sequentis minorem, ut mihi videbatur, totum aureum, sed plane ferreis veluti stellis ferruminatum. et ne has tantum ostenderet divitias, dextrum nudavit lacertum armilla aurea cultum et eboreo circulo lamina splen-
33 dente conexo. ut deinde pinna argentea dentes perfodit, 'amici' inquit 'nondum mihi suave erat in triclinium venire, sed ne diutius absentivos morae vobis essem, omnem voluptatem mihi negavi. permittetis tamen finiri lusum.' sequebatur puer cum tabula terebinthina et crystallinis tesseris, notavique rem omnium delicatissimam. pro calculis enim albis ac nigris aureos argenteosque habebat denarios. interim dum ille omnium textorum dicta inter lusum consumit, gustantibus adhuc nobis repositorium allatum est cum corbe, in quo gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent quae incubant ova. accessere continuo duo servi et symphonia strepente scrutari paleam coeperunt erutaque subinde pavonina ova divisere convivis. convertit ad hanc scaenam Trimalchio vultum et 'amici' ait 'pavonis ova gallinae iussi supponi. et mehercules timeo ne iam

---

4 tum *L* ‖ 5 praeter unum *H* ‖ 7 in promulsidari ‖ 12 supra | ferventia argenteam ‖ 13 et *om. L* ‖ 16 minutissima *L* ‖ 17 incluserat *L* ‖ 25 connexum ‖ 27 morae vobis *quae H glossemati huic* absens *subiuncta ante* venire *inculcavit, om. L* | omnem *om. H* ‖ 30 aut *L* ‖ 31 testorum *L in quo* dicta *intercidit* ‖ 33 qua *L*

HL concepti sint; temptemus tamen, si adhuc sorbilia sunt.' accipimus nos cochlearia non minus selibras pendentia ovaque ex farina pingui figurata pertundimus. ego quidem paene proieci partem meam, nam videbatur mihi iam in pullum coisse. deinde ut audivi veterem convivam: 'hic nescio quid boni debet esse', persecutus putamen manu pinguissimam ficedulam inveni piperato vitello circumdatam.

iam Trimalchio eadem omnia lusu intermisso poposcerat 34
feceratque potestatem clara voce, si quis nostrum iterum vellet mulsum sumere, cum subito signum symphonia datur et gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur. ceterum inter tumultum cum forte paropsis excidisset et puer iacentem sustulisset, animadvertit Trimalchio colaphisque obiurgari puerum ac proicere rursus paropsidem iussit. insecutus est lecticarius argentumque inter reliqua purgamenta scopis coepit everrere. | subinde intraverunt duo Aethiopes capillati cum pusillis utribus, quales solent esse qui harenam in amphitheatro spargunt, vinumque dedere in manus; aquam enim nemo porrexit.

HL | laudatus propter elegantias dominus 'aequum' inquit 'Mars amat. itaque iussi suam cuique mensam assignari. obiter et putidissimi servi minorem nobis aestum frequentia sua facient'.

statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: 'Falernum Opimianum annorum centum.' dum titulos perlegimus, complosit Trimalchio manus et 'eheu' inquit 'ergo diutius vivit *H* | vinum quam homuncio. quare tengomenas faciamus. vita | *HL* vinum est. verum Opimianum praesto. heri non tam bonum posui, et multo honestiores cenabant.' potantibus ergo nobis et accuratissime lautitias mirantibus laruam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli eius vertebraeque luxatae in omnem partem flecterentur. hanc cum super mensam semel iterumque abiecisset, et catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalchio adiecit:

'eheu nos miseros, quam totus homuncio nil est.
sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.
ergo vivamus, dum licet esse bene.'

laudationem ferculum est insecutum plane non pro expec- 35
tatione magnum; novitas tamen omnium convertit oculos. rotun-

---

1 concepta *L* ‖ 4 mihi *om. H* ‖ 13 obiurgare *L* ‖ 14 insecutusque *L* | supellecticarius *Dousa* ‖ 15 verrere ‖ 20 iussit ‖ 21 pudissimi *aut* p̄dissimi ‖ 26 tangomenas | vinum vita *Goesius* ‖ 28 nobis *post* accuratissime (curatissime *H*) *aut* attulit *collocatum in libris* ‖ 32 ut *Iahnius* ‖ 37 insecutum est *L*

dum enim repositorium duodecim habebat signa in orbe dispo- *HL*
sita, super quae proprium convenientemque materiae structor
imposuerat cibum: super arietem cicer arietinum, super taurum
bubulae frustum, super geminos testiculos ac rienes, super can-
crum coronam, super leonem ficum Africanam, super virginem
steriliculam, super libram stateram in cuius altera parte scrib-
lita erat, in altera placenta, | super scorpionem pisciculum ma- *H*
rinum, | super sagittarium oclopetam, super capricornum lo- *HL*
custam marinam, super aquarium anserem, super pisces duos
mullos. in medio autem caespes cum herbis excisus favum
sustinebat. circumferebat Aegyptius puer clibano argenteo panem

atque ipse etiam taeterrima voce de Laserpiciario mimo canti-
cum extorsit. nos ut tristiores ad tam viles accessimus cibos,
36 'suadeo' inquit Trimalchio 'cenemus; hoc est ius cenae'. haec
ut dixit, ad symphoniam quattuor tripudiantes procurrerunt su-
perioremque partem repositorii abstulerunt. quo facto videmus
infra [scilicet in altero ferculo] altilia et sumina leporemque in
medio pinnis subornatum, ut Pegasus videretur. notavimus etiam
circa angulos repositorii Marsyas quattuor, ex quorum utriculis
garum piperatum currebat super pisces, qui tanquam in euripo
natabant. damus omnes plausum a familia inceptum et res
electissimas ridentes aggredimur. non minus et Trimalchio
eiusmodi methodio laetus 'Carpe' inquit. processit statim scis-
sor et ad symphoniam gesticulatus ita laceravit obsonium, ut
putares essedarium hydraule cantante pugnare. ingerebat nihilo
minus Trimalchio lentissima voce: 'Carpe, Carpe'. ego suspi-
catus ad aliquam urbanitatem totiens iteratam vocem pertinere,
non erubui eum qui supra me accumbebat, hoc ipsum in-
terrogare. at ille, qui saepius eiusmodi ludos spectaverat, 'vides
illum' inquit 'qui obsonium carpit: Carpus vocatur. itaque quo-
tiescunque dicit "Carpe", eodem verbo et vocat et imperat'.
37 non potui amplius quicquam gustare, sed conversus ad
eum, ut quam plurima exciperem, longe accersere fabulas coepi
sciscitarique, quae esset mulier illa, quae huc atque illuc discur-
reret. 'uxor' inquit 'Trimalchionis, Fortunata appellatur, quae
nummos modio metitur. et modo, modo quid fuit? ignoscet
mihi genius tuus, noluisses de manu illius panem accipere. nunc,
nec quid nec quare, in caelum abiit et Trimalchionis topanta est.

---

13 extorquet *L* ‖ 20 tanquam *om. L*, quicunque euripo *H* ‖ 21 coeptum *L* ‖ 24 ita gesticulatus *L* ‖ 30 inquit illum *L* ‖ 33 quam *om. L* ‖ 36 modo *non iteravit L* ‖ 37 eius *L*

HL ad summam, mero meridie si dixerit illi tenebras esse, credet.
H | ipse nescit quid habeat, adeo saplutus est; sed haec lupatria providet omnia et ubi non putes. est sicca, sobria, bonorum consiliorum [tantum auri vides], est tamen malae linguae, pica pulvinaris. quem amat, amat; quem non amat, non amat. ipse Trimalchio fundos habet, qua milvi volant, nummorum nummos. argentum in ostiarii illius cella plus iacet, quam quisquam in fortunis habet. familia vero babae babae, non mehercules puto decumam partem esse quae dominum suum noverit. ad summam, quemvis ex istis babaecalis in rutae folium coniciet. nec 38
est quod putes illum quicquam emere. omnia domi nascuntur: lana, cedrae, piper, lacte gallinaceum si quaesieris, invenies. ad summam, parum illi bona lana nascebatur; arietes a Tarento emit et testiculavit in gregem. mel Atticum ut domi nasceretur, apes ab Athenis iussit afferri; obiter et vernaculae quae sunt, meliusculae a Graeculis fient. ecce intra hos dies scripsit, ut illi ex India semen boletorum mitteretur. nam mulam quidem nullam habet, quae non ex onagro nata sit. vides tot culcitas: nulla non aut conchyliatum aut coccineum tomentum habet. tanta est animi beatitudo. reliquos autem collibertos eius cave contemnas. valde sucossi sunt. vides illum qui in imo imus recumbit: hodie sua octingenta possidet. de nihilo crevit. modo solebat collo suo ligna portare. sed quomodo dicunt — ego nihil scio, sed audivi — quom Incuboni pilleum rapuisset, [et] thesaurum invenit. ego nemini invideo, si quid deus dedit. est tamen sub alapa et non vult sibi male. itaque proxime casam hoc titulo proscripsit: "C. Pompeius Diogenes ex kalendis Iuliis cenaculum locat; ipse enim domum emit". quid ille qui libertini loco iacet, quam bene se habuit. non impropero illi. sestertium suum vidit decies, sed male vacillavit. non puto illum capillos liberos habere, nec mehercules sua culpa; ipso enim homo melior non est; sed liberti scelerati, qui omnia ad se fecerunt. scito autem: sociorum olla male fervet, et ubi semel res inclinata est, amici de medio. et quam honestam negotiationem exercuit, quod illum sic vides. libitinarius fuit. solebat sic cenare, quomodo rex: apros gausapatos, opera pistoria, avis, cocos, pistores. plus vini sub mensa effundebatur, quam aliquis in cella habet. phantasia, non homo. inclinatis quoque rebus suis, cum timeret ne creditores illum conturbare existimarent,

---

2 eupateria *Reinesius* ‖ 3 et est *Rohdius* ‖ 12 credrae ‖ 14 et eos culavit ‖ 15 quae sunt *mutilata aut ex* quaestu *corrupta* ‖ 22 solebat collo modo ‖ 24 quom] quomodo ‖ 25 si quo ‖ 26 casam] cum ‖ 36 vis cocos: *an* bis? ‖ 37 piscatores *Heinsius*

hoc titulo auctionem proscripsit: "*C.* Iulius Proculus auctionem *H* faciet rerum supervacuarum".

39 interpellavit tam dulces fabulas Trimalchio; nam iam sublatum erat ferculum, hilaresque convivae vino sermonibusque publicatis operam coeperant dare. is ergo reclinatus in cubitum 'hoc vinum' inquit 'vos oportet suave faciatis. pisces natare oportet. rogo, me putatis illa cena esse contentum, quam in theca repositorii videratis? "sic notus Vlixes?" quid ergo est? oportet etiam inter cenandum philologiam nosse. patrono meo ossa bene quiescant, qui me hominem inter homines voluit esse. nam mihi nihil novi potest afferri, sicut ille fericulus iam habuit praxim. caelus hic, in quo duodecim dii habitant, in totidem se figuras convertit, et modo fit aries. itaque quisquis nascitur illo signo, multa pecora habet, multum lanae, caput praeterea durum, frontem expudoratam, cornum acutum. plurimi hoc signo scholastici nascuntur et arietilli'. laudamus urbanitatem mathematici; itaque adiecit: 'deinde totus caelus taurulus fit. itaque tunc calcitrosi nascuntur et bubulci et qui se ipsi pascunt. in geminis autem nascuntur bigae et boves et colei et qui utrosque parietes linunt. in cancro ego natus sum. ideo multis pedibus sto, et in mari et in terra multa possideo; nam cancer et hoc et illoc quadrat. et ideo iam dudum nihil super illum posui, ne genesim meam premerem. in leone cataphagae nascuntur et imperiosi; in virgine mulieres et fugitivi et compediti; in libra laniones et unguentarii et quicunque aliquid expediunt; in scorpione venenarii et percussores; in sagittario strabones, qui holera spectant, lardum tollunt; in capricorno aerumnosi, quibus prae mala sua cornua nascuntur; in aquario copones et cucurbitae; in piscibus obsonatores et rhetores. sic orbis vertitur tanquam mola, et semper aliquid mali facit, ut homines aut nascantur aut pereant. quod autem in medio caespitem videtis et supra caespitem favum, nihil sine ratione facio. terra mater est in medio quasi ovum corrotundata, et omnia bona in se habet tanquam favus'.

40 'sophos' universi clamamus et sublatis manibus ad cameram iuramus Hipparchum Aratumque comparandos illi homines non fuisse, donec advenerunt ministri ac toralia praeposuerunt toris, in quibus retia erant picta subsessoresque cum venabulis et totus venationis apparatus. necdum sciebamus, *quo* mitteremus suspiciones nostras, cum extra triclinium clamor sublatus

---

7 *fortasse* putastis ‖ 11 fericulusta mel habuit: *fortasse* iam mei ‖ 16 arieti illi ‖ 36 comparatos *Rohdius* ‖ 37 tolaria proposuerunt

*H*est ingens, et ecce canes Laconici etiam circa mensam discurrere coeperunt. secutum est hos repositorium, in quo positus erat primae magnitudinis aper, et quidem pilleatus, e cuius dentibus sportellae dependebant duae palmulis textae, altera caryotis altera thebaicis repleta. circa autem minores porcelli ex coptoplacentis facti, quasi uberibus imminerent, scrofam esse positam significabant. et hi quidem apophoreti fuerunt. ceterum ad scindendum aprum non ille Carpus accessit, qui altilia laceraverat, sed barbatus ingens, fasciis cruralibus alligatus et alicula subornatus polymita, strictoque venatorio cultro latus apri vehementer percussit, ex cuius plaga turdi evolaverunt. parati aucupes cum harundinibus fuerunt et eos circa triclinium volitantes momento exceperunt. inde cum suum cuique iussisset referri Trimalchio, adiecit: 'etiam videte, quam porcus ille silvaticus lotam comederit glandem'. statim pueri ad sportellas accesserunt, quae pendebant e dentibus, thebaicasque et caryotas ad numerum divisere cenantibus. interim ego, qui privatum habebam secessum, 41
in multas cogitationes deductus sum, quare aper pilleatus intrasset. postquam itaque omnis bacalusias consumpsi, decrevi interrogare illum interpretem meum, quod me torqueret. at ille: 'plane etiam hoc servus tuus indicare potest; non enim aenigma est, sed res aperta. hic aper, cum heri summa cena eum vindicasset, a convivis dimissus *est*; itaque hodie tanquam libertus in convivium revertitur'. damnavi ego stuporem meum et nihil amplius interrogavi, ne viderer nunquam inter honestos cenasse.

dum haec loquimur, puer speciosus, vitibus hederisque redimitus, modo Bromium, interdum Lyaeum Euhiumque confessus, calathisco uvas circumtulit et poemata domini sui acutissima voce traduxit. ad quem sonum conversus Trimalchio 'Dionyse' inquit 'liber esto'. puer detraxit pilleum apro capitique suo imposuit. tum Trimalchio rursus adiecit: 'non negabitis me' inquit 'habere Liberum patrem'. laudavimus dictum Trimalchionis et circumeuntem puerum sane perbasiamus.

ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit. nos libertatem sine tyranno nacti coepimus invitare convivarum sermones. Dama itaque primus cum pataracina poposcisset, 'dies' inquit 'nihil est. dum versas te, nox fit. itaque nihil est melius, quam de cubiculo recta in triclinium ire. et mundum frigus habuimus. vix me balneus calfecit. tamen calda potio vestiarius

---

14 totam ‖ 19 *fortasse* baucalesis | duravi ‖ 20 quid ‖ 22 cenam vindicasset ‖ 34 circumeuntes ‖ 37 clamat itaque

est. staminatas duxi, et plane matus sum. vinus mihi in cere- *H*
brum abiit'.

42 excepit Seleucus fabulae partem et 'ego' inquit 'non cotidie lavor; baliscus enim fullo est, aqua dentes habet, et cor nostrum cotidie liquescit. sed cum mulsi pultarium obduxi, frigori laecasin dico. nec sane lavare potui; fui enim hodie in funus. homo bellus, tam bonus Chrysanthus animam ebulliit. modo, modo me appellavit. videor mihi cum illo loqui. heu, eheu. utres inflati ambulamus. minoris quam muscae sumus, *muscae* tamen aliquam virtutem habent, nos non pluris sumus quam bullae. et quid si non abstinax fuisset. quinque dies aquam in os suum non coniecit, non micam panis. tamen abiit ad plures. medici illum perdiderunt, immo magis malus fatus; medicus enim nihil aliud est quam animi consolatio. tamen bene elatus est, vitali lecto, stragulis bonis. planctus est optime — manu misit aliquot — etiam si maligne illum ploravit uxor. quid si non illam optime accepisset. sed mulier quae mulier milvinum genus. neminem nihil boni facere oportet; aeque est enim ac si in puteum conicias. sed antiquus amor cancer est'.

43 molestus fuit, Philerosque proclamavit: 'vivorum memine- 20
rimus. ille habet, quod sibi debebatur: honeste vixit, honeste obiit. quid habet quod queratur? ab asse crevit et paratus fuit quadrantem de stercore mordicus tollere. itaque crevit, quicquid crevit, tanquam favus. puto mehercules illum reliquisse solida centum, et omnia in nummis habuit. de re tamen ego verum 25
dicam, qui linguam caninam comedi: durae buccae fuit, linguosus, discordia, non homo. frater eius fortis fuit, amicus amico, manu plena, uncta mensa. et inter initia malam parram pilavit, sed recorrexit costas illius prima vindemia; vendidit enim vinum, quanti ipse voluit. et quod illius mentum sustulit, hereditatem 30
accepit, ex qua plus involavit, quam illi relictum est. et ille stips, dum fratri suo irascitur, nescio cui terrae filio patrimonium elegavit. longe fugit, quisquis suos fugit. habuit autem oracularios servos, qui illum pessum dederunt. | nunquam autem recte *HL*
faciet, qui cito credit, | utique homo negotians. tamen verum 35
quod frunitus est, quam diu vixit cui datum est, non cui destinatum. plane Fortunae filius, in manu illius plumbum aurum fiebat. facile est autem, ubi omnia quadrata currunt. et quot putas illum annos secum tulisse? septuaginta et supra. sed

---

4 balaniscus *Reinesius* ‖ 8 hey est hey ‖ 18 feminae *Iac. Gronovius* ‖ 19 anticus *Hirschfeldius* ‖ 20 phileros qui ‖ 28 uncta plena ‖ 30 quantum ‖ 33 oricularios *Reinesius* ‖ 36 cui datum est, datum est *Munckerus*

H corneolus fuit, aetatem bene ferebat, niger tanquam corvus. noveram hominem: olim oliorum et adhuc salax erat. non mehercules illum puto in domo canem reliquisse. immo etiam pullarius erat, omnis minervae homo. nec improbo; hoc solum enim secum tulit[2].

haec Phileros dixit, illa Ganymedes: 'narratis quod nec ad 44
caelum nec ad terram pertinet, cum interim nemo curat, quid annona mordet. non mehercules hodie buccam panis invenire potui. et quomodo siccitas perseverat. iam annum esuritio fuit. aediles male eveniat, qui cum pistoribus colludunt "serva me, servabo te". itaque populus minutus laborat; nam isti maiores maxillae semper Saturnalia agunt. o si haberemus illos leones, quos ego hic inveni, cum primum ex Asia veni. illud erat vivere. similia sicilia interiores et laruas sic istos percolopabant, ut illis Iupiter iratus esset. [sed] memini Safinium: tunc habitabat ad arcum veterem, me puero, piper, non homo. is quacunque ibat, terram adurebat. sed rectus, sed certus, amicus amico, cum quo audacter posses in tenebris micare. in curia autem quomodo singulos [vel] pilabat [tractabat], nec schemas loquebatur sed derectum. cum ageret porro in foro, sic illius vox crescebat tanquam tuba. nec sudavit unquam nec expuit, puto eum nescio quid Asiadis habuisse. et quam benignus resalutare, nomina omnium reddere, tanquam unus de nobis. itaque illo tempore annona pro luto erat. asse panem quem emisses, non potuisses cum altero devorare. nunc oculum bublum vidi maiorem. heu heu, quotidie peius. haec colonia retroversus crescit tanquam coda vituli. sed quare nos habemus aedilem trium cauniarum, qui sibi mavult assem quam vitam nostram? itaque domi gaudet, plus in die nummorum accipit, quam alter patrimonium habet. iam scio, unde acceperit denarios mille aureos. sed si nos coleos haberemus, non tantum sibi placeret. nunc populus est domi leones, foras vulpes. quod ad me attinet, iam pannos meos comedi, et si perseverat haec annona, casulas meas vendam. quid enim futurum est, si nec dii nec homines huius coloniae miserentur? ita meos fruniscar, ut ego puto omnia illa a diibus *HL* fieri. | nemo enim caelum caelum putat, nemo ieiunium servat, nemo Iovem pili facit, sed omnes opertis oculis bona sua com- *H* putant. | antea stolatae ibant nudis pedibus in clivum, passis capillis, mentibus puris, et Iovem aquam exorabant. itaque statim

2 mulierosum *Heinsius*, molitor mulierum *ego conieci* ‖ 3 puellarius ‖ 9 esurio ‖ 13 *temptavi* simila si siligine inferior esset ‖ 19 dilectum ‖ 21 puto enim ‖ 22 *conieci* apathis ‖ 27 non habemus | *fortasse* non trium ‖ 34 eius ‖ 35 illa aedilibus fieri ‖ 37 pluris facit *L*

urceatim plovebat: aut tunc aut nunquam: et omnes redibant *H*
udi tanquam mures. itaque dii pedes lanatos habent, quia nos
religiosi non sumus. agri iacent' —
'oro te' inquit Echion centonarius 'melius loquere. "modo
sic, modo sic" inquit rusticus; varium porcum perdiderat. | quod
hodie non est, cras erit: sic vita truditur. | non mehercules pa- *H*
tria melior dici potest, si homines haberet. sed laborat hoc tem-
pore, nec haec sola. non debemus delicati esse, ubique medius
caelus est. tu si aliubi fueris, dices hic porcos coctos ambulare.
et ecce habituri sumus munus excellente in triduo die festa; fa-
milia non lanisticia, sed plurimi liberti. et Titus noster magnum
animum habet et est caldicerebrius: aut hoc aut illud erit, quid
utique. nam illi domesticus sum, non est miscix. ferrum opti-
mum daturus est, sine fuga, carnarium in medio, ut amphithea-
trum videat. et habet unde: relictum est illi sestertium tricen-
ties, decessit illius pater male. ut quadringenta impendat, non
sentiet patrimonium illius, et sempiterno nominabitur. iam Ma-
nios aliquot habet et mulierem essedariam et dispensatorem Gly-
conis, qui deprehensus est, cum dominam suam delectaretur.
videbis populi rixam inter zelotypos et amasiunculos. Glyco
autem, sestertiarius homo, dispensatorem ad bestias dedit. hoc
est se ipsum traducere. quid servus peccavit, qui coactus est
facere? magis illa matella digna fuit, quam taurus iactaret. sed
qui asinum non potest, stratum caedit. quid autem Glyco pu-
tabat Hermogenis filicem unquam bonum exitum facturam? ille
milvo volanti poterat ungues resecare; colubra restem non parit.
Glyco, Glyco dedit suas; itaque quamdiu vixerit, habebit stig-
mam, nec illam nisi Orcus delebit. sed sibi quisque peccat. sed
subolfacio, quod nobis epulum daturus est Mammaea, binos de-
narios mihi et meis. quod si hoc fecerit, eripiat Norbano totum
favorem. scias oportet, plenis velis hunc vinciturum. et revera,
quid ille nobis boni fecit? dedit gladiatores sestertiarios iam
decrepitos, quos si sufflasses, cecidissent; iam meliores bestia-
rios vidi. occidit de lucerna equites, putares eos gallos gallina-
ceos; alter burdubasta, alter loripes, tertiarius mortuus pro mor-
tuo, qui habebat nervia praecisa. unus alicuius flaturae fuit
Thraex, qui et ipse ad dictata pugnavit. ad summam, omnes
postea secti sunt; adeo de magna turba "adhibete" acceperant,
plane fugae merae. "munus tamen" inquit "tibi dedi", et ego
tibi plodo. computa, et tibi plus do quam accepi. manus ma-

---

1 ridebant ut dii ‖ 7 *fortasse* saperent ‖ 12 quod ‖ 25 filiam *editor Patavinus* ‖ 27 suos *Schefferus* ‖ 36 habet | staturae *Schefferus*

*H*num lavat. videris mihi, Agamemnon, dicere: "quid iste argu- 46
tat molestus?" quia tu, qui potes [loqui], non loquere. non es
nostrae fasciae, et ideo pauperorum verba derides. scimus te
prae literas fatuum esse. quid ergo est? aliqua die te persua-
deam ut ad villam venias et videas casulas nostras? inveniemus
quod manducemus, pullum, ova: belle erit, etiam si omnia hoc
anno tempestas dispare pallavit: inveniemus ergo unde saturi
fiamus. et iam tibi discipulus crescit cicaro meus. iam quattuor
partis dicit; si vixerit, habebis ad latus servulum. nam quicquid
illi vacat, caput de tabula non tollit. ingeniosus est et bono filo,
etiam si in aves morbosus est. ego illi iam tres cardeles occidi, et
dixi quod mustella comedit. invenit tamen alias nenias, et liben-
tissime pingit. ceterum iam Graeculis calcem impingit et Latinas
coepit non male appetere, etiam si magister eius sibi placens fit
nec uno loco consistit, sed venit, dem literas, sed non vult labo-
rare. est et alter non quidem doctus, sed curiosus, qui plus docet
quam scit. itaque feriatis diebus solet domum venire, et quicquid
dederis, contentus est. emi ergo nunc puero aliquot libra rubri-
cata, quia volo illum ad domusionem aliquid de iure gustare. habet
haec res panem. nam literis satis inquinatus est. quod si resilierit,
destinavi illum artificii docere, aut tonstreinum aut praeconem
aut certe causidicum, quod illi auferre non possit nisi Orcus.
ideo illi cotidie clamo: "Primigeni, crede mihi, quicquid discis,
tibi discis. vides Phileronem causidicum: si non didicisset, hodie
famem a labris non abigeret. modo, modo collo suo circumfere-
bat onera venalia, nunc etiam adversus Norbanum se extendit.
literae thesaurum est, et artificium nunquam moritur".

eiusmodi fabulae vibrabant, cum Trimalchio intravit et de- 47
tersa fronte unguento manus lavit spatioque minimo interposito
'ignoscite mihi' inquit 'amici, multis iam diebus venter mihi non
respondit. nec medici se inveniunt. profuit mihi tamen ma-
licorium et taeda ex aceto. spero tamen, iam veterem pudorem
sibi imponet. alioquin circa stomachum mihi sonat, putes tau-
rum. itaque si quis vestrum voluerit sua re [causa] facere, non
est quod illum pudeatur. nemo nostrum solide natus est. ego
nullum puto tam magnum tormentum esse quam continere.

---

2 potes loquere non loqui ‖ 7 dispalavit *Orellius* ‖ 11 naves ‖ 13 iam alumna creperam Graeculis calcem impingere novit *Petronii Arbitri nomine praescripto memorat Eugenius Vulgarius addens* creperam vel dubiam unde crepusculum (*Duemmler de Auxilio et Vulgario p. 44*). *Fulgentio haec quam Petronio digniora* ‖ 14 sit ‖ 15 *fortasse* ventilat quidem ‖ 21 artificium *Scheffer*us | constreinum ‖ 31 maleicorum ‖ 32 ventrem

hoc solum vetare nec Iovis potest. rides, Fortunata, quae soles *H*
me nocte desomnem facere? nec tamen in triclinio ullum vetuo
facere quod se iuvet, et medici vetant continere. vel si quid plus
venit, omnia foras parata sunt: aqua, lasani et cetera minutalia.
credite mihi, anathymiasis in cerebrum it et in toto corpore 5
fluctum facit. multos scio sic periisse, dum nolunt sibi verum
dicere'. gratias agimus liberalitati indulgentiaeque eius, et sub-
inde castigamus crebris potiunculis risum. nec adhuc sciebamus nos in medio lautitiarum, quod aiunt, clivo laborare. nam
cum mundatis ad symphoniam mensis tres albi sues in triclinium 1
adducti sunt capistris et tintinnabulis culti, quorum unum bimum
nomenculator esse dicebat, alterum trimum, tertium vero iam
sexennem, ego putabam petauristarios intrasse et porcos, sicut
in circulis mos est, portenta aliqua facturos; sed Trimalchio ex-
pectatione discussa 'quem' inquit 'ex eis vultis in cenam statim 1
fieri? gallum enim gallinaceum, penthiacum et eiusmodi nenias
rustici faciunt: mei coci etiam vitulos aeno coctos solent facere'.
continuoque cocum vocari iussit, et non expectata electione
nostra maximum natu iussit occidi, et clara voce: 'ex quota de-
curia es?' cum ille se ex quadragesima respondisset, 'empticius 2
an' inquit 'domi natus?' 'neutrum' inquit cocus 'sed testamento
Pansae tibi relictus sum.' 'vide ergo' ait 'ut diligenter ponas;
si non, te iubebo in decuriam viatorum conici.' et cocum qui-
48 dem potentiae admonitum in culinam obsonium duxit, Trimal-
chio autem miti ad nos vultu respexit et 'vinum' inquit 'si non 2
placet, mutabo; vos illud oportet bonum faciatis. deorum bene-
ficio non emo, sed nunc quicquid ad salivam facit, in suburbano nascitur eo, quod ego adhuc non novi. dicitur confine
esse Tarraciniensibus et Tarentinis. nunc coniungere agellis
Siciliam volo, ut cum Africam libuerit ire, per meos fines na- 3
vigem. sed narra tu mihi, Agamemnon, quam controversiam
hodie declamasti? ego etiam si causas non ago, in domusionem
tamen literas didici. et ne me putes studia fastiditum, II byblio-
thecas habeo, unam Graecam, alteram Latinam. dic ergo, si
me amas, peristasim declamationis tuae'. cum dixisset Agamem- 3
non: 'pauper et dives inimici erant', ait Trimalchio 'quid est
pauper?' 'urbane' inquit Agamemnon et nescio quam contro-
versiam exposuit. statim Trimalchio 'hoc' inquit 'si factum est,
controversia non est; si factum non est, nihil est'. haec aliaque
cum effusissimis prosequeremur laudationibus, 'rogo' inquit 'Aga-

1 *conieci* mutare ‖ 2 vetui ‖ 9 quo ‖ 10 commundatis *Heinsius* ‖ 13 senem ‖ 19 ait *aut* inquit *post* quota *adiciendum* ‖ 21 natus es *sed* es *deletum* ‖ 23 quidem cocum potentia ‖ 32 autem si | divisione ‖ 33 tres

H memnon mihi carissime, numquid duodecim aerumnas Herculis tenes, aut de Vlixe fabulam, quemadmodum illi Cyclops pollicem porcino extorsit? solebam haec ego puer apud Homerum legere. nam Sibyllam quidem Cumis ego ipse oculis meis vidi in ampulla pendere, et cum illi pueri dicerent: *Σίβυλλα, τί θέλεις;* respondebat illa: *ἀποθανεῖν θέλω.*'

nondum efflaverat omnia, cum repositorium cum sue in- 49
genti mensam occupavit. mirari nos celeritatem coepimus et iurare, ne gallum quidem gallinaceum tam cito percoqui potuisse, tanto quidem magis, quod longe maior nobis porcus videbatur esse, quam paulo ante aper fuerat. deinde magis magisque Trimalchio intuens eum 'quid? quid?' inquit 'porcus hic non est exinteratus? non mehercules est. voca, voca cocum in medio'. cum constitisset ad mensam cocus tristis et diceret se oblitum esse exinterare, 'quid? oblitus?' Trimalchio exclamat 'putes illum piper et cuminum non coniecisse. despolia'. non fit mora, despoliatur cocus atque inter duos tortores maestus consistit. deprecari tamen omnes coeperunt et dicere: 'solet fieri; rogamus, mittas; postea si fecerit, nemo nostrum pro illo rogabit'. ego, crudelissimae severitatis, non potui me tenere, sed inclinatus ad aurem Agamemnonis 'plane' inquam 'hic debet servus esse nequissimus; aliquis oblivisceretur porcum exinterare? non mehercules illi ignoscerem, si piscem praeterisset'. at non Trimalchio, qui relaxato in hilaritatem vultu 'ergo' inquit 'quia tam malae memoriae es, palam nobis illum exintera'. recepta cocus tunica cultrum arripuit porcique ventrem hinc atque illinc timida manu secuit. nec mora, ex plagis ponderis inclinatione crescentibus tomacula cum botulis effusa sunt.

plausum post hoc automatum familia dedit et 'Gaio feliciter' 50
conclamavit. nec non cocus potione honoratus est et argentea corona, poculumque in lance accepit Corinthia. quam cum Agamemnon propius consideraret, ait Trimalchio: 'solus sum qui vera Corinthea habeam'. expectabam, ut pro reliqua insolentia diceret sibi vasa Corintho afferri. sed ille melius: 'et forsitan' inquit 'quaeris, quare solus Corinthea vera possideam: quia scilicet aerarius, a quo emo, Corinthus vocatur. quid est autem Corintheum, nisi quis Corinthum habet? et ne me putetis nesapium esse, valde bene scio, unde primum Corinthea nata sint. cum Ilium captum est, Hannibal, homo vafer et magnus stelio, omnes statuas aeneas et aureas et argenteas in unum rogum

---

3 porcino ‖ 19 mittes ‖ 23 ita *post* non *antehac adieceram* ‖ 30 etiam *pro* et ‖ 39 scelio

congessit et eas incendit; factae sunt in unum aera miscellanea. *H*
ita ex hac massa fabri sustulerunt et fecerunt catilla et paropsides *et* statuncula. sic Corinthea nata sunt, ex omnibus in unum, nec hoc nec illud. ignoscetis mihi, quod dixero: ego malo mihi vitrea, certe non olunt. quod si non frangerentur, mallem mihi
51 quam aurum; nunc autem vilia sunt. fuit tamen faber qui fecit phialam vitream, quae non frangebatur. admissus ergo Caesarem est cum suo munere, deinde fecit se porrigere Caesari et illam in pavimentum proiecit. Caesar non pote validius quam expavit. at ille sustulit phialam de terra; collisa erat tanquam vasum aeneum; deinde martiolum de sinu protulit et phialam otio belle correxit. hoc facto putabat se solium Iovis tenere, utique postquam *Caesar* illi dixit: "numquid alius scit hanc condituram vitreorum?" vide modo. postquam negavit, iussit illum Caesar decollari: quia enim, si scitum esset, aurum pro luto
52 haberemus. in argento plane studiosus sum. habeo scyphos urnales plus minus *C:* quemadmodum Cassandra occidit filios suos, et pueri mortui iacent sic ut vivere putes. habeo capides M, quas reliquit patrono *meo* Mummius, ubi Daedalus Niobam in equum Troianum includit. nam Hermerotis pugnas et Petraitis in poculis habeo, omnia ponderosa; meum enim intelligere nulla pecunia vendo.'

haec dum refert, puer calicem proiecit. ad quem respiciens Trimalchio 'cito' inquit 'te ipsum caede, quia nugax es'. statim puer demisso labro orare. at ille 'quid me' inquit 'rogas? tanquam ego tibi molestus sim. suadeo, a te impetres, ne sis nugax'. tandem ergo exoratus a nobis missionem dedit puero. ille dimissus circa mensam percucurrit

et 'aquam foras, vinum intro' clamavit excipimus urbanitatem iocantis, et ante omnes Agamemnon, qui sciebat, quibus meritis revocaretur ad cenam. ceterum laudatus Trimalchio hilarius bibit et iam ebrio proximus 'nemo' inquit 'vestrum rogat Fortunatam meam, ut saltet? credite mihi: cordacem nemo melius ducit'.

atque ipse erectis supra frontem manibus Syrum histrionem exhibebat concinente tota familia: *Μάδεια, Περιμάδεια.* et prodisset in medium, nisi Fortunata ad aurem accessisset; [et] credo, dixerit non decere gravitatem eius tam humiles ineptias. nihil

---

5 certe nolunt ‖ 8 fecit reporrigere ‖ 12 coleum ‖ 18 sicuti vere | capidem quas reliquit patronorum meus ‖ 20 Tetraites *hic gladiator in monumentis vocatur plurimis* ‖ 25 labrore at: orare coepit *Strelitzius* ‖ 27 ergo *corruptum ex* vero *aut praecesserant alia ab epitomatore recisa*

*H*autem tam inaequale erat; nam modo Fortunatam *verebatur*, modo ad naturam suam revertebatur.

et plane interpellavit saltationis libidinem actuarius, qui 53
tanquam urbis acta recitavit: 'VII. kalendas sextiles: in praedio
Cumano, quod est Trimalchionis, nati sunt pueri XXX, puellae XL;
sublata in horreum ex area tritici millia modium quingenta; boves
domiti quingenti. eodem die: Mithridates servus in crucem ac-
tus est, quia Gai nostri genio male dixerat. eodem die: in ar-
cam relatum est, quod collocari non potuit, sestertium centies.
eodem die: incendium factum est in hortis Pompeianis, ortum ex
aedibus Nastae vilici'. 'quid?' inquit Trimalchio 'quando mihi
Pompeiani horti empti sunt?' 'anno priore' inquit actuarius 'et
ideo in rationem nondum venerunt.' excanduit Trimalchio et 'qui-
cunque' inquit 'mihi fundi empti fuerint, nisi intra sextum men-
sem sciero, in rationes meas inferri vetuo'. iam etiam edicta
aedilium recitabantur et saltuariorum testamenta, quibus Tri-
malchio cum elogio exheredabatur; iam nomina vilicorum et re-
pudiata a circitore liberta in balneatoris contubernio deprehensa
et atriensis Baias relegatus; iam reus factus dispensator et iudi-
cium inter cubicularios actum.

petauristarii autem tandem venerunt. baro insulsissimus
cum scalis constitit puerumque iussit per gradus et in summa
parte odaria saltare, circulos deinde ardentes transilire et denti-
bus amphoram sustinere. mirabatur haec solus Trimalchio di-
cebatque ingratum artificium esse. ceterum duo esse in rebus
humanis, quae libentissime spectaret, petauristarios et cornici-
nes; reliqua [animalia] acroamata tricas meras esse. 'nam et
comoedos' inquit 'emeram, sed malui illos Atellaniam facere, et
choraulen meum iussi Latine cantare.'

cum maxime haec dicente Gaio puer 54
Trimalchionis delapsus est. conclamavit familia, nec minus con-
vivae, non propter hominem tam putidum, cuius et cervices frac-
tas libenter vidissent, sed propter malum exitum cenae, ne ne-
cesse haberent alienum mortuum plorare. ipse Trimalchio cum
graviter ingemuisset superque brachium tanquam laesum incu-
buisset, concurrere medici, et inter primos Fortunata crinibus
passis cum scypho, miseramque se atque infelicem proclamavit.
nam puer quidem, qui ceciderat, circumibat iam dudum pedes
nostros et missionem rogabat. pessime mihi erat, ne his preci-

1 fortunatam suam revertebatur modo ad naturam et. *in priore commate putes aliud praeterea verbum omissum velut* indignantem ‖ 23 transire ‖ 26 cornices ‖ 27 cromataricas ‖ 28 sed] et | atellam ‖ 30 *confer fragm. XV*

bus per ridiculum aliquid catastropha quaereretur. nec enim ad- *H*
huc exciderat cocus ille, qui oblitus fuerat porcum exinterare. itaque totum circumspicere triclinium coepi, ne per parietem automatum aliquod exiret, utique postquam servus verberari coepit, qui brachium domini contusum alba potius quam conchyliata involverat lana. nec longe aberravit suspicio mea; in vicem enim poenae venit decretum Trimalchionis, quo puerum iussit liberum esse, ne quis posset dicere, tantum virum esse a servo vulneratum.

55 | comprobamus nos factum | et quam in praecipiti res hu- 10
manae essent, | vario sermone garrimus. | 'ita' inquit Trimalchio *HL*
'non oportet hunc casum sine inscriptione transire' statimque codicillos poposcit et non diu cogitatione distorta haec recitavit:

| 'quod non expectes, ex transverso fit ∪ – – *HL*
– et supra nos Fortuna negotia curat.
| quare da nobis vina Falerna, puer.' *H*

ab hoc epigrammate | coepit poetarum esse mentio *HL*
diuque summa carminis penes Mopsum Thracem memorata est donec Trimalchio 'rogo' inquit 'magister, quid putas inter Ciceronem et Publilium interesse? ego alterum puto disertiorem fuisse, alterum honestiorem. quid enim his melius dici potest?

"luxuriae rictu Martis marcent moenia.
tuo palato clausus pavo pascitur
plumato amictus aureo Babylonico,
gallina tibi Numidica, tibi gallus spado;
ciconia etiam, grata peregrina hospita
pietaticultrix gracilipes crotalistria
avis exul hiemis, titulus tepidi temporis,
nequitiae nidum in caccabo fecit modo.
quo margarita cara tibi, bacam Indicam?
an ut matrona ornata phaleris pelagiis
tollat pedes indomita in strato extraneo?
zmaragdum ad quam rem viridem, pretiosum vitrum?
quo Carchedonios optas ignes lapideos?
nisi ut scintillet probitas e carbunculis.

---

1 periculo aliquid ‖ 7 enim cene ‖ 8 servo liberatum ‖ 10 comprobamus factum varioque *iungunt LO. Petronii oratio habebat etiam tale* et recordati *aut* et cum Agamemnon expromere coepisset quam ‖ 14 expectas *L* | ubique, nostra *supplevit Heinsius* ‖ 17 poetarum coepit *LO* ‖ 18 commorata *codex Messanius. dempsit epitomator ex Petroniano Trimalchionis sermone* erat, *de suo addidit* que *et* memorata est ‖ 19 putes *LO* ‖ 20 publium ‖ 23 nascitur ‖ 27 pietatis cultrix *HO* ‖ 29 fecit meo ‖ 30 tribaca (tibi baca *Bernensis*) indica ‖ 33 *malo* viride ‖ 35 e *Bernensis:* est *ceteri* | carbunculus *aut* carbunculos *aut* carbunculas

HLO aequum est induere nuptam ventum textilem,
palam prostare nudam in nebula linea?"

H | quod autem' inquit 'putamus secundum literas difficillimum 56
esse artificium? ego puto medicum et nummularium: medicus,
quit scit quid homunciones intra praecordia sua habeant et quando febris veniat, etiam si illos odi pessime, quod mihi iubent saepe anatinam parari; nummularius, qui per argentum aes videt. nam mutae bestiae laboriosissimae boves et oves: boves, quorum beneficio panem manducamus; oves, quod lana illae nos gloriosos faciunt. et facinus indignum, aliquis ovillam est et tunicam habet. apes enim ego divinas bestias puto, quae mel vo-
HL munt, etiam si dicuntur illud a Iove afferre; | ideo autem pungunt, quia ubicunque dulce est, ibi et acidum invenies'.

H | iam etiam philosophos de negotio deiciebat, cum pittacia in scypho circumferri coeperunt, puerque super hoc positus officium apophoreta recitavit. 'argentum sceleratum': allata est perna, super quam acetabula erant posita. 'cervical': offla collaris allata est. 'serisapia et contumelia': aecrophagie saele datae sunt et contus cum malo. 'porri et persica': flagellum et cultrum accepit; 'passeres et muscarium': uvam passam et mel Atticum. 'cenatoria et forensia': offlam et tabulas accepit. 'canale et pedale': lepus et solea est allata. 'muraena et litera': murem cum rana alligata fascemque betae *accepit*. diu risimus: sexcenta huiusmodi fuerunt, quae iam exciderunt memoriae meae.

ceterum Ascyltos, intemperantis licentiae, cum omnia sub- 57
latis manibus eluderet et usque ad lacrimas rideret, unus ex conlibertis Trimalchionis excanduit, is ipse qui supra me discumbebat, et 'quid rides' inquit 'vervex? an tibi non placent lautitiae domini mei? tu enim beatior es et convivare melius soles. ita tutelam huius loci habeam propitiam, ut ego si secundum illum discumberem, iam illi balatum duxissem. bellum pomum, qui rideatur alios; larifuga nescio quis, nocturnus, qui non valet lotium suum. ad summam, si circumminxero illum, nesciet qua fugiat. non mehercules soleo cito fervere, sed in molle carne vermes nascuntur. ridet. quid habet, quod rideat? numquid pater fetum emit lamna? eques Romanus es: et ego regis filius. "quare ergo servivisti?" quia ipse me dedi in servitutem et malui civis Romanus esse quam tributarius. et nunc spero me sic vivere, ut nemini iocus sim. homo inter homines sum, capite aperto ambulo; assem aerarium nemini debeo; constitutum

---

18 *fortasse* xerophagiae ex sale ‖ 23 alligatam ‖ 24 ceciderunt ‖ 31 balatu interdixissem *Heinsius* ‖ 36 lamna] al. lena *superscriptum*

habui nunquam; nemo mihi in foro dixit "redde, quod debes". *H*
glebulas emi, lamelullas paravi; viginti ventres pasco et canem;
contubernalem meam redemi, ne quis in *sinu* illius manus ter-
geret; mille denarios pro capite solvi; sevir gratis factus sum;
spero, sic moriar, ut mortuus non erubescam. tu autem tam la-
boriosus es, ut post te non respicias? in alio peduclum vides, in
te ricinum non vides. tibi soli ridiclei videmur; ecce magister
tuus, homo maior natus: placemus illi. tu lacticulosus nec mu
nec ma argutas, vasus fictilis, immo lorus in aqua, lentior, non
melior. tu beatior es; bis prande, bis cena. ego fidem meam
malo quam thesauros. ad summam, quisquam me bis poposcit?
annis quadraginta servivi; nemo tamen sciit, utrum servus es-
sem an liber. et puer capillatus in hanc coloniam veni; adhuc
basilica non erat facta. dedi tamen operam, ut domino satis fa-
cerem, homini maiiesto et dignitosso, cuius pluris erat unguis,
quam tu totus es. et habebam in domo, qui mihi pedem oppo-
nerent hac illac; tamen — genio illius gratias — enatavi. haec
sunt vera athla; nam [in] ingenuum nasci tam facile est quam
"accede istoc". quid nunc stupes tanquam hircus in ervilia?'

58 post hoc dictum Giton, qui ad pedes stabat, risum iam diu
compressum etiam indecenter effudit. quod cum animadvertis-
set adversarius Ascylti, flexit convicium in puerum et 'tu autem'
inquit 'etiam tu rides, caepa cirrata? io Saturnalia, rogo, men-
sis december est? quando vicesimam numerasti? quid fa-
ciat, crucis offla, corvorum cibaria. curabo, iam tibi lovis iratus
sit, et isti qui tibi non imperat. ita satur pane fiam, ut ego istud
conliberto meo dono; alioquin iam tibi depraesentiarum reddi-
dissem. bene nos habemus, at isti nugae, qui tibi non imperant.
plane qualis dominus, talis et servus. vix me teneo, nec sum
natura caldicerebrius, *sed* cum coepi, matrem meam dupundii
non facio. recte, videbo te in publicum, mus, immo terrae tu-
ber: nec sursum nec deorsum non cresco, nisi dominum tuum
in rutae folium [non] coniecero, nec tibi parsero, licet mehercu-
les Iovem Olympium clames. curabo, longe tibi sit comula ista
besalis et dominus dupunduarius. recte, venies sub dentem:
aut ego non me novi, aut non deridebis, licet barbam auream
habeas. Athana tibi irata sit, curabo, et qui te primus deurode
fecit. non didici geometrias, critica et alogias menias, sed la-
pidarias literas scio, partes centum dico ad aes, ad pondus, ad

---

15 mali isto ‖ 23 turdes cepa pirrata o ‖ 24 *temptavi* numerasti, stigmatia, crucis ‖ 28 aut isti geuge ‖ 29 nec] et ‖ 30 caldus cicer eius ‖ 32 [non] crescam *Hadrianides* ‖ 33 coniecit | par ero ‖ 37 *latere puto graecum tale* eleutherode ‖ 38 meras *Mentelius*

H nummum. ad summam, si quid vis, ego et tu sponsiunculam: exi, defero lamnam. iam scies patrem tuum mercedes perdidisse, quamvis et rhetoricam scis. ecce

"qui de nobis longe venio, late venio? solve me."

dicam tibi, qui de nobis currit et de loco non movetur; qui de nobis crescit et minor fit. curris, stupes, satagis, tanquam mus in matella. ergo aut tace aut meliorem noli molestare, qui te natum non putat; nisi si me iudicas anulos buxeos curare, quos amicae tuae involasti. Occuponem propitium. eamus in forum et pecunias mutuemur. iam scies hoc ferrum fidem habere. vah, bella res est volpis uda. ita lucrum faciam et ita bene moriar aut populus per exitum meum iuret, nisi te ubique toga perversa fuero persecutus. bella res et iste, qui te haec docet, mufrius, non magister. *nos* didicimus, dicebat enim magister: "sunt vestra salva? recta domum; cave, circumspicias; cave, maiorem maledicas. aut numera mapalia: nemo dupondii evadit." ego, quod me sic vides, propter artificium meum diis gratias ago.'

coeperat Ascyltos respondere convicio, sed Trimalchio de- 59
lectatus colliberti eloquentia 'agite' inquit 'scordalias de medio. suaviter sit potius, et tu, Hermeros, parce adulescentulo. san-
HL guen illi fervet, tu melior esto. | semper in hac re qui vincitur,
H vincit. | et tu cum esses capo, cocococo, atque cor non habebas. simus ergo, quod melius est, a primitiis hilares et Homeristas spectemus'. intravit factio statim hastisque scuta concrepuit. ipse Trimalchio in pulvino consedit, et cum Homeristae Graecis versibus colloquerentur, ut insolenter solent, ille canora voce Latine legebat librum. mox silentio facto 'scitis' inquit 'quam fabulam agant? Diomedes et Ganymedes duo fratres fuerunt. horum soror erat Helena. Agamemnon illam rapuit et Dianae cervam subiecit. ita nunc Homeros dicit, quemadmodum inter se pugnent Troiani et Parentini. vicit scilicet et Iphigeniam, filiam suam, Achilli dedit uxorem. ob eam rem Aiax insanit et statim argumentum explicabit'. haec ut dixit Trimalchio, clamorem Homeristae sustulerunt, interque familiam discurrentem vitulus in lance donaria elixus allatus est, et quidem galeatus. secutus est Aiax strictoque gladio, tanquam insaniret, concidit, ac modo versa modo supina gesticulatus mucrone frusta collegit mirantibusque vitulum partitus est.

---

2 lāna ‖ 3 scio ‖ 4 quidem vobis ‖ 11 *fortasse* es, volpis ‖ 12 toga ubique ‖ 14 satin *conieci pro* sunt ‖ 16 evadet *antehac scripseram* ‖ 31 Tarentini *Schefferus* ‖ 35 dunaria ‖ 36 *turbatum aliquid esse omissum hoc loco* vitulum *aut* eum *demonstrat*

60 nec diu mirari licuit tam elegantes strophas; nam repente / lacunaria sonare coeperunt totumque triclinium intremuit. consternatus ego exsurrexi et timui, ne per tectum petauristarius aliquis descenderet. nec minus reliqui convivae mirantes erexere vultus, expectantes quid novi de caelo nuntiaretur. ecce autem diductis lacunaribus subito circulus ingens, de cupa videlicet grandi excussus, demittitur, cuius per totum orbem coronae aureae cum alabastris unguenti pendebant. dum haec apophoreta iubemur sumere, respiciens ad mensam
iam illic repositorium cum placentis aliquot erat positum, quod medium Priapus a pistore factus tenebat, gremioque satis amplo omnis generis poma et uvas sustinebat more vulgato. avidius ad pompam manus porreximus, et repente nova ludorum missio hilaritatem hic refecit. omnes enim placentae omniaque poma etiam minima vexatione contacta coeperunt effundere crocum, et usque ad os molestus umor accidere. rati ergo sacrum esse fericulum tam religioso apparatu perfusum, consurreximus altius et 'Augusto, patri patriae, feliciter' diximus. quibusdam tamen etiam post hanc venerationem poma rapientibus et ipsi mappas implevimus, ego praecipue, qui nullo satis amplo munere putabam me onerare Gitonis sinum.

inter haec tres pueri candidas succincti tunicas intraverunt, quorum duo Lares bullatos super mensam posuerunt, unus pateram vini circumferens 'dii propitii' clamabat.
aiebat autem unum Cerdonem, alterum Felicionem, tertium Lucrionem vocari. nos etiam veram imaginem ipsius Trimalchionis, cum iam omnes basiarent, erubuimus praeterire.

61 postquam ergo omnes bonam mentem bonamque valitudinem sibi optarunt, Trimalchio ad Nicerotem respexit et 'solebas' inquit 'suavius esse in convictu; nescio quid nunc taces nec muttis. oro te, sic felicem me videas, narra illud quod tibi usu venit'. Niceros delectatus affabilitate amici 'omne me' inquit 'lucrum transeat, nisi iam dudum gaudimonio dissilio, quod te talem video. itaque hilaria mera sint, etsi timeo istos scholasticos, ne me rideant. viderint: narrabo tamen; quid enim mihi aufert, qui ridet? satius est rideri quam derideri'. 'haec ubi dicta dedit', talem fabulam exorsus est:

'cum adhuc servirem, habitabamus in vico angusto; nunc Gavillae domus est. ibi, quomodo dii volunt, amare coepi uxo-

---

6 deductus ‖ 13 ad Priapum *Kellerus* | sed *ante edideram* | remissio ‖ 14 minorem fecit *conieci*, hiare fecit *Rohdius* ‖ 16 nos ‖ 17 periculum ‖ 19 ipsas ‖ 25 lucronem ‖ 35 me derideant viderit

*H*rem Terentii coponis: noveratis Melissam Tarentinam, pulcherrimum bacciballum. sed ego non mehercules corporaliter *illam* aut propter res venerias curavi, sed magis quod bene morata fuit. si quid ab illa petii, nunquam mihi negatum; fecit assem, semissem habui; *quicquid habui*, in illius sinum demandavi, nec unquam fefellitus sum. huius contubernalis ad villam supremum diem obiit. itaque per scutum per ocream ego aginavi, quemadmodum ad illam pervenirem: *scitis* autem, in angustiis amici apparent. forte dominus Capuam exierat ad scruta scita expe- 62
dienda. nactus ego occasionem persuadeo hospitem nostrum, ut mecum ad quintum miliarium veniat. erat autem miles, fortis tanquam Orcus. apoculamus nos circa gallicinia, luna lucebat tanquam meridie. venimus intra monimenta: homo meus coepit ad stelas facere, sedeo ego cantabundus et stelas numero. deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. mihi anima in naso esse, stabam tanquam mortuus. at ille circumminxit vestimenta sua et subito lupus factus est. nolite me iocari putare; ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio. sed, quod coeperam dicere, postquam lupus factus est, ululare coepit et in silvas fugit. ego primitus nesciebam ubi essem, deinde accessi, ut vestimenta eius tollerem: illa autem lapidea facta sunt. qui mori timore nisi ego? gladium tamen strinxi et in tota via umbras cecidi', donec ad villam amicae meae pervenirem. ut larua intravi, paene animam ebullivi, sudor mihi per bifurcum volabat, oculi mortui, vix unquam refectus sum. Melissa mea mirari coepit, quod tam sero ambularem, et "si ante" inquit "venisses, saltem nobis adiutasses; lupus enim villam intravit et omnia pecora *perculit*, tanquam lanius sanguinem illis misit. nec tamen derisit, etiam si fugit; servus enim noster lancea collum eius traiecit". haec ut audivi, operire oculos amplius non potui, sed luce clara Gai nostri domum fugi tanquam copo compilatus, et postquam veni in illum locum, in quo lapidea vestimenta erant facta, nihil inveni nisi sanguinem. ut vero domum veni, iacebat miles meus in lecto tanquam bovis, et collum illius medicus curabat. intellexi illum versipellem esse, nec postea cum illo panem gustare potui, non si me occidisses. viderint alii quid de hoc exopinissent; ego si mentior, genios vestros iratos habeam.'

2 illam] autem ‖ 3 bene moriar ‖ 4 *certe quidem* est *periit post* negatum ‖ 6 fefellit usum *Schefferus* ‖ 7 egi aginavi ‖ 9 capuè ‖ 14 sed ego ‖ 16 mihi in animo in naso ‖ 23 et matavita tau umbras ‖ 24 in laruam ‖ 25 colabat *Reinesius* ‖ 31 Gai] hac ‖ 37 viderint qui hoc de alibi exopinissent

63 attonitis admiratione universis 'salvo' inquit 'tuo sermone' *H*
Trimalchio 'si qua fides est, ut mihi pili inhorruerunt, quia scio
Niceronem nihil nugarum narrare: immo certus est et minime
linguosus. nam et ipse vobis rem horribilem narrabo. asinus
in tegulis. cum adhuc capillatus essem, nam a puero vitam
Chiam gessi, ipsimi nostri delicatus decessit, mehercules marga-
ritum, caccitus et omnium numerum. cum ergo illum mater
misella plangeret et nos tum plures in tristimonio essemus, sub-
ito strigae *stridere* coeperunt; putares canem leporem persequi.
habebamus tunc hominem Cappadocem, longum, valde audacu-
lum et qui valebat: poterat bovem iratum tollere. hic audacter
stricto gladio extra ostium procucurrit, involuta sinistra manu
curiose, et mulierem tanquam hoc loco — salvum sit, quod tan-
go — mediam traiecit. audimus gemitum, et plane non men-
tiar, ipsas non vidimus. baro autem noster introversus se proie-
cit in lectum, et corpus totum lividum habebat quasi flagellis
caesus, quia scilicet illum tetigerat mala manus. nos cluso ostio
redimus iterum ad officium, sed cum mater amplexaret corpus
filii sui, tangit et videt manuciolum de stramentis factum. non
cor habebat, non intestina, non quicquam: scilicet iam puerum
strigae involaverant et supposuerant stramenticium vavatonem.
rogo vos, oportet credatis, sunt mulieres plussciae, sunt noctur-
nae, et quod sursum est, deorsum faciunt. ceterum baro ille
longus post hoc factum nunquam coloris sui fuit, immo post
paucos dies phreneticus periit'.

64 miramur nos et pariter credimus, osculatique mensam ro-
gamus Nocturnas, ut suis *sedibus* se teneant, dum redimus a
cena.

et sane iam lucernae mihi plures videbantur ardere totum-
que triclinium esse mutatum, cum Trimalchio 'tibi dico' inquit
'Plocame, nihil narras? nihil nos delectaris? et solebas suavius
esse, belle diverbia dicere, melica canturire. heu heu, abistis
dulcis caricae'. 'iam' inquit ille 'quadrigae meae decucurrerunt,
ex quo podagricus factus sum. alioquin cum essem adulescen-
tulus, cantando paene phthisicus factus sum. quid saltare? quid
diverbia? quid tonstrinum? quando parem habui nisi unum Apel-
letem?' appositaque ad os manu nescio quid taetrum exsibilavit,
quod postea Graecum esse affirmabat.

---

4 iam *Iacobsius* ‖ 6 ipim mostri ‖ 7 catamitus *Iacobsius* ‖ 11 po-
terat *delevit editor Patavinus* | lovem ‖ 14 sed *ante scripseram* ‖ 18 sed
dum ‖ 31 suavis esse, canturire belle deverbia, adicere melicam ‖
33 carica ‖ 36 quando] quem *volgo* ‖ 37 oppositaque

nec non Trimalchio ipse cum tubicines esset imitatus, ad delicias suas respexit, quem Croesum appellabat. puer autem lippus, sordidissimis dentibus, catellam nigram atque indecenter pinguem prasina involvebat fascia panemque semissem ponebat super torum atque [hac] nausea recusantem saginabat. quo admonitus officii Trimalchio Scylacem iussit adduci 'praesidium domus familiaeque'. nec mora, ingentis formae adductus est canis catena vinctus, admonitusque ostiarii calce, ut cubaret, ante mensam se posuit. tum Trimalchio iactans candidum panem 'nemo' inquit 'in domo mea me plus amat'. indignatus puer, quod Scylacem tam effuse laudaret, catellam in terram deposuit hortatusque *est*, ut ad rixam properaret. Scylax, canino scilicet usus ingenio, taeterrimo latratu triclinium implevit Margaritamque Croesi paene laceravit. nec intra rixam tumultus constitit, sed candelabrum etiam super mensam eversum et vasa omnia crystallina comminuit et oleo ferventi aliquot convivas respersit. Trimalchio ne videretur iactura motus, basiavit puerum ac iussit super dorsum ascendere suum. non moratus ille usus *est* equo manuque plena scapulas eius subinde verberavit, interque risum proclamavit: 'bucca, bucca, quot sunt hic?' repressus ergo aliquamdiu Trimalchio camellam grandem iussit misceri
potiones dividi omnibus servis, qui ad pedes sedebant, adiecta exceptione: 'si quis' inquit 'noluerit accipere, caput illi perfunde. interdiu severa, nunc hilaria'.

hanc humanitatem insecutae sunt matteae, quarum etiam 65
recordatio me, si qua est dicenti fides, offendit. singulae enim gallinae altiles pro turdis circumlatae sunt et ova anserina pilleata, quae ut comessemus, ambitiosissime *a* nobis Trimalchio petiit dicens exossatas esse gallinas. inter haec triclinii valvas lictor percussit, amictusque veste alba cum ingenti frequentia comissator intravit. ego maiestate conterritus praetorem putabam venisse. itaque temptavi assurgere et nudos pedes in terram deferre. risit hanc trepidationem Agamemnon et 'contine te' inquit 'homo stultissime. Habinnas sevir est idemque lapidarius, qui videtur monumenta optime facere.'

recreatus hoc sermone reposui cubitum, Habinnamque intrantem cum admiratione ingenti spectabam. ille autem iam ebrius uxoris suae umeris imposuerat manus, oneratusque ali-

---

4 semesum *Burmannus* ‖ 5 hoc *aut* hanc *Hadrianides* ‖ 6 officio ‖ 22 misceri et potiones *Antonius. vereor ne plura desint* ‖ 36 videretur

quot coronis et unguento per frontem in oculos fluente praetorio loco se posuit continuoque vinum et caldam poposcit. delectatus hac Trimalchio hilaritate et ipse capaciorem poposcit scyphum quaesivitque, quomodo acceptus esset. 'omnia' inquit 'habuimus praeter te; oculi enim mei hic erant. et mehercules bene fuit. Scissa lautum novendiale servo suo misello faciebat, quem mortuum manu miserat. et puto, cum vicensimariis magnam mantissam habet; quinquaginta enim millibus aestimant mortuum. sed tamen suaviter fuit, etiam si coacti sumus di-
66 midias potiones super ossucula eius effundere.' 'tamen' inquit Trimalchio 'quid habuistis in cena?' 'dicam' inquit 'si potuero; nam tam bonae memoriae sum, ut frequenter nomen meum obliviscar. habuimus tamen in primo porcum poculo coronatum et circa saviunculum et gizeria optime facta et certe betam et panem autopyrum de suo sibi, quem ego malo quam candidum; et vires facit, et cum mea re [causa] facio, non ploro. sequens ferculum fuit scriblita frigida et super mel caldum infusum excellente Hispanum. itaque de scriblita quidem non minimum edi, de melle me usque tetigi. circa cicer et lupinum, calvae arbitratu et mala singula. ego tamen duo sustuli et ecce in mappa alligata habeo; nam si aliquid muneris meo vernulae non tulero, habebo convicium. bene me admonet domina mea. in prospectu habuimus ursinae frustum, de quo cum imprudens Scintilla gustasset, paene intestina sua vomuit. ego contra plus libram comedi, nam ipsum aprum sapiebat. et si, inquam, ursus homuncionem comest, quanto magis homuncio debet ursum comesse? in summo habuimus caseum mollem ex sapa et cocleas singulas et cordae frusta et hepatia in catillis et ova pilleata et rapam et senape et catillum concacatum, pax Palamedes. etiam in alveo circumlata sunt oxycomina, unde quidam etiam
67 improbe ternos pugnos sustulerunt. nam pernae missionem dedimus. sed narra mihi, Gai, rogo, Fortunata quare non recumbit?' 'quomodo nosti' inquit 'illam' Trimalchio 'nisi argentum composuerit, nisi reliquias pueris diviserit, aquam in os suum non coniciet.' 'atqui' respondit Habinnas 'nisi illa discumbit, ego me apoculo' et coeperat surgere, nisi signo dato Fortunata quater amplius a tota familia esset vocata. venit ergo galbino succincta cingillo, ita ut infra cerasina appareret tunica et periscelides tortae phaecasiaeque inauratae. tunc sudario manus

---

6 laucum novendialem ‖ 13 botulo *Iac. Gronovius* ‖ 14 saucunculum | *fortasse* et circa ‖ 16 vices ‖ 27 et sapa ‖ 31 improbiter nos pugno ‖ 36 apocalo

tergens, quod in collo habebat, applicat se illi toro, in quo Scintilla Habinnae discumbebat uxor, osculataque plaudentem 'est te' inquit 'videre?'

eo deinde perventum est, ut Fortunata armillas suas crassissimis detraheret lacertis Scintillaeque miranti ostenderet. ultimo etiam periscelides resolvit et reticulum aureum, quem ex obrussa esse dicebat. notavit haec Trimalchio iussitque afferri omnia et 'videtis' inquit 'mulieris compedes: sic nos barcalae despoliamur. sex pondo et selibram debet habere. et ipse nihilo minus habeo decem pondo armillam ex millesimis Mercurii factam'. ultimo etiam, ne mentiri videretur, stateram iussit afferri et circumlatum approbari pondus. nec melior Scintilla, quae de cervice sua capsellam detraxit aureolam, quam Felicionem appellabat. inde duo crotalia protulit et Fortunatae in vicem consideranda dedit et 'domini' inquit 'mei beneficio nemo habet meliora'. 'quid?' inquit Habinnas 'excatarissasti me, ut tibi emerem fabam vitream. plane si filiam haberem, auriculas illi praeciderem. mulieres si non essent, omnia pro luto haberemus; nunc hoc est caldum meiere et frigidum potare.'

interim mulieres sauciae inter se riserunt ebriaeque iunxerunt oscula, dum altera diligentiam matris familiae iactat, altera delicias et indiligentiam viri. dumque sic cohaerent, Habinnas furtim consurrexit pedesque Fortunatae correptos super lectum immisit. 'au au' illa proclamavit aberrante tunica super genua. composita ergo in gremio Scintillae incensissimam rubore faciem sudario abscondit.

interposito deinde spatio cum secundas mensas Trimalchio 68
iussisset afferri, sustulerunt servi omnes mensas et alias attulerunt, scobemque croco et minio tinctam sparserunt et, quod nunquam ante videram, ex lapide speculari pulverem tritum. statim Trimalchio 'poteram quidem' inquit 'hoc fericulo esse contentus; secundas enim mensas habetis. *sed* si quid belli habes, affer'.

interim puer Alexandrinus, qui caldam ministrabat, luscinias coepit imitari clamante Trimalchione subinde: 'muta'. ecce alius ludus. servus qui ad pedes Habinnae sedebat, iussus, credo, a domino suo proclamavit subito canora voce:

'interea medium Aeneas iam classe tenebat.'

nullus sonus unquam acidior percussit aures meas; nam praeter errantis barbariae aut adiectum aut deminutum clamorem

4 crassissimas *Schefferus* || 12 circulatum || 20 sociae *Studemundus* || 23 correctos || 25 indecens imam || 29 scrobemque || 40 recitantis barbare *Heinsius*

miscebat Atellanicos versus, ut tunc primum me etiam Vergilius offenderit. plausum tamen, cum aliquando desisset, adiecit Habinnas et 'nunquam' inquit 'didicit, sed ego ad circulatores eum mittendo erudibam. itaque parem non habet, sive muliones volet sive circulatores imitari. desperatum valde ingeniosus est: idem sutor est, idem cocus, idem pistor, omnis musae mancipium. duo tamen vitia habet, quae si non haberet, esset omnium numerum: recutitus est et stertit. nam quod strabonus est, non curo; sicut Venus spectat. ideo nihil tacet, vix oculo mortuo
69 unquam. illum emi trecentis denariis'. interpellavit loquentem Scintilla et 'plane' inquit 'non omnia artificia servi nequam narras. agaga est; at curabo, stigmam habeat'. risit Trimalchio et 'adcognosco' inquit 'Cappadocem: nihil sibi defraudit, et mehercules laudo illum; hoc enim nemo parentat. tu autem, Scintilla, noli zelotypa esse. crede mihi, et vos novimus. sic me salvum habeatis, ut ego sic solebam ipsumam meam debattuere, ut etiam dominus suspicaretur; et ideo me in vilicationem relegavit. sed tace, lingua, dabo panem'. tanquam laudatus esset nequissimus servus, lucernam de sinu fictilem protulit et amplius semihora tubicines imitatus est succinente Habinna et inferius labrum manu deprimente. ultimo etiam in medium processit et modo harundinibus quassis choraulas imitatus est, modo lacernatus cum flagello mulionum fata egit, donec vocatum ad se Habinnas basiavit, potionemque illi porrexit et 'tanto melior' inquit 'Massa, dono tibi caligas'.

nec ullus tot malorum finis fuisset, nisi epidipnis esset allata, turdi siliginei uvis passis nucibusque farsi. insecuta sunt Cydonia etiam mala spinis confixa, ut echinos efficerent. et haec quidem tolerabilia erant, si non fericulum longe monstrosius effecisset, ut vel fame perire mallemus. nam cum positus esset, ut nos putabamus, anser altilis circaque pisces et omnia genera avium, '*amici*' inquit Trimalchio 'quicquid videtis hic positum, de uno corpore est factum'. ego, scilicet homo prudentissimus, statim intellexi quid esset, et respiciens Agamemnonem 'mirabor' inquam 'nisi omnia ista de *fimo* facta sunt aut certe de luto. vidi Romae Saturnalibus eiusmodi cenarum imaginem fieri'.
70 necdum finieram sermonem, cum Trimalchio ait: 'ita crescam patrimonio, non corpore, ut ista cocus meus de porco fecit. non potest esse pretiosior homo. volueris, de vulva faciet piscem, de lardo palumbum, de perna turturem, de colaepio gallinam.

1 immiscebat *olim scripsi* ‖ 2 lassus tamen] dedisset ‖ 3 nunquid didicit ‖ 4 audibāt ‖ 5 desperatus ‖ 8 nummorum ‖ 27 siligine ‖ 28 effingerent *Heinsius* ‖ 31 omnium ‖ 35 defacta *et in margine* al. defuncta

et ideo ingenio meo impositum est illi nomen bellissimum; nam Daedalus vocatur. et quia bonam mentem habet, attuli illi Roma munus cultros Norico ferro'. quos statim iussit afferri inspectosque miratus est. etiam nobis potestatem fecit, ut mucronem ad buccam probaremus.

subito intraverunt duo servi, tanquam qui rixam ad lacum fecissent; certe in collo adhuc amphoras habebant. cum ergo Trimalchio ius inter litigantes diceret, neuter sententiam tulit decernentis, sed alterius amphoram fuste percussit. consternati nos insolentia ebriorum intentavimus oculos in proeliantes notavimusque ostrea pectinesque e gastris labentia, quae collecta puer lance circumtulit. has lautitias aequavit ingeniosus cocus; in craticula enim argentea cochleas attulit et tremula taeterrimaque voce cantavit.

pudet referre, quae secuntur: inaudito enim more pueri capillati attulerunt unguentum in argentea pelve pedesque recumbentium unxerunt, cum ante crura talosque corollis vinxissent. hinc ex eodem unguento in vinarium atque lucernam aliquantum est infusum.

iam coeperat Fortunata velle saltare, iam Scintilla frequentius plaudebat quam loquebatur, cum Trimalchio 'permitto' inquit 'Philargyre et Cario, etsi prasinianus es famosus, dic et Menophilae, contubernali tuae, discumbat'. quid multa? paene de lectis deiecti sumus, adeo totum triclinium familia occupaverat. certe ego notavi super me positum cocum, qui de porco anserem fecerat, muria condimentisque fetentem. nec contentus fuit recumbere, sed continuo Ephesum tragoedum coepit imitari et subinde dominum suum sponsione provocare 'si prasinus proximis circensibus primam palmam'.

diffusus hac contentione Trimalchio 'amici' inquit 'et servi 71
homines sunt et aeque unum lactem biberunt, etiam si illos malus fatus oppressit. tamen me salvo cito aquam liberam gustabunt. ad summam, omnes illos in testamento meo manumitto. Philargyro etiam fundum lego et contubernalem suam, Carioni quoque insulam et vicesimam et lectum stratum. nam Fortunatam meam heredem facio, et commendo illam omnibus amicis meis. et haec ideo omnia publico, ut familia mea iam nunc sic me amet tanquam mortuum'. gratias agere omnes indulgentiae coeperant domini, cum ille oblitus nugarum exemplar testamenti iussit afferri et totum a primo ad ultimum ingemescente familia recitavit. respiciens deinde Habinnam 'quid dicis' inquit 'amice

---

2 attulit ‖ 4 *potius* et nobis ‖ 7 in loco ‖ 18 liquatum est ‖ 32 oppresserit

carissime? aedificas monumentum meum, quemadmodum te iussi? valde te rogo, ut secundum pedes statuae meae catellam ponas et coronas et unguenta et Petraitis omnes pugnas, ut mihi contingat tuo beneficio post mortem vivere; praeterea ut sint in fronte pedes centum, in agrum pedes ducenti. omne genus enim poma volo sint circa cineres meos, et vinearum largiter. valde enim falsum est vivo quidem domos cultas esse; non curari eas, ubi diutius nobis habitandum est. et ideo ante omnia adici volo: "hoc monumentum heredem non sequitur". ceterum erit mihi curae, ut testamento caveam, ne mortuus iniuriam accipiam. praeponam enim unum ex libertis sepulcro meo custodiae causa, ne in monumentum meum populus cacatum currat. te rogo, ut naves etiam monumenti mei facias plenis velis euntes, et me in tribunali sedentem praetextatum cum anulis aureis quinque et nummos in publico de sacculo effundentem; scis enim, quod epulum dedi binos denarios. faciatur, si tibi videtur, et triclinia. facias et totum populum sibi suaviter facientem. ad dexteram meam ponas statuam Fortunatae meae columbam tenentem: et catellam cingulo alligatam ducat: et cicaronem meum, et amphoras copiosas gypsatas, ne effluant vinum. et urnam licet fractam sculpas, et super eam puerum plorantem. horologium in medio, ut quisquis horas inspiciet, velit nolit, nomen meum legat. inscriptio quoque vide diligenter si haec satis idonea tibi videtur: "C. Pompeius Trimalchio Maecenatianus hic requiescit. huic seviratus absenti decretus est. cum posset in omnibus decuriis Romae esse, tamen noluit. pius, fortis, fidelis, ex parvo crevit, sestertium reliquit trecenties, nec unquam philosophum audivit. vale: et tu".

72 haec ut dixit Trimalchio, flere coepit ubertim. flebat et Fortunata, flebat et Habinnas, tota denique familia, tanquam in funus rogata, lamentatione triclinium implevit. immo iam coeperam etiam ego plorare, cum Trimalchio 'ergo' inquit 'cum sciamus nos morituros esse, quare non vivamus? sic vos felices videam, coniciamus nos in balneum, meo periculo, non paenitebit. sic calet tanquam furnus'. 'vero, vero' inquit Habinnas 'de una die duas facere, nihil malo' nudisque consurrexit pedibus et Trimalchionem plaudentem subsequi *coepit*.

ego respiciens ad Ascylton 'quid cogitas?' inquam 'ego enim si videro balneum, statim expirabo'. 'assectemur' ait ille 'et dum illi balneum petunt, nos in turba exeamus'. cum haec pla-

3 pingas | Petraitis] *cf. caput 52* ‖ 9 sequatur ‖ 16 faciantur *Goesius* ‖ 17 facies ‖ 21 et unam | scilicet *Segebadius* ‖ 37 gaudentem ‖ 39 assentemur *et in margine* al. absentemur

cuissent, ducente per porticum Gitone ad ianuam venimus, ubi canis catenarius tanto nos tumultu excepit, ut Ascyltos etiam in piscinam ceciderit. nec non ego quoque ebrius, qui etiam pictum timueram canem, dum natanti opem fero, in eundem gurgitem tractus sum. servavit nos tamen atriensis, qui interventu suo et canem placavit et nos trementes extraxit in siccum. et Giton quidem iam dudum se ratione acutissima redemerat a cane; quicquid enim a nobis acceperat de cena, latranti sparserat; [at] ille avocatus cibo furorem suppresserat. ceterum cum algentes utique petissemus ab atriense, ut nos extra ianuam emitteret, 'erras' inquit 'si putas te exire hac posse, qua venisti. nemo unquam convivarum per eandem ianuam emissus est; alia intrant, alia exeunt'. quid faciamus homines miserrimi et novi 73
generis labyrintho inclusi, quibus lavari iam coeperat votum esse? ultro ergo rogavimus, ut nos ad balneum duceret, proiectisque vestimentis, quae Giton in aditu siccare coepit, balneum intravimus, angustum scilicet et cisternae frigidariae simile, in quo Trimalchio rectus stabat. ac ne sic quidem putidissimam eius iactationem licuit effugere; nam nihil melius esse dicebat, quam sine turba lavari, et eo ipso loco aliquando pistrinum fuisse. deinde ut lassatus consedit, invitatus balnei sono diduxit usque ad cameram os ebrium et coepit Menecratis cantica lacerare, sicut illi dicebant, qui linguam eius intellegebant. ceteri convivae circa labrum manibus nexis currebant et gingilipho ingenti clamore sonabant. alii autem [aut] restrictis manibus anulos de pavimento conabantur tollere aut posito genu cervices post terga flectere et pedum extremos pollices tangere. nos, dum alii sibi ludos faciunt, in solium, quod Trimalchioni vaporabatur, descendimus.

ergo ebrietate discussa in aliud triclinium deductí sumus, ubi Fortunata disposuerat lautitias [suas] ita ut supra lucernas aeneolosque piscatores notaverim et mensas totas argenteas calicesque circa fictiles inauratos et vinum in conspectu sacco defluens. tum Trimalchio 'amici' inquit 'hodie servus meus barbatoriam fecit, homo praefiscini frugi et micarius. itaque tengomenas faciamus et usque in lucem cenemus'. haec 74
dicente eo gallus gallinaceus cantavit. qua voce confusus Trimalchio vinum sub mensa iussit effundi lucernamque etiam mero

---

3 ebrius] *expectas* territus ‖ 10 *puto* udique ‖ 17 in qua. *sine dubio haec Petronianis breviora* ‖ 18 *fortasse* istic | putidissimam ei actionem ‖ 24 singuli sophos *Heinsius* ‖ 25 exonabant ‖ 27 *malo* illi ‖ 28 in solo | pervapatur *sed in margine* al. parabatur ‖ 31 suas *in codice videtur expunctum* ‖ 35 babatoriam ‖ 36 tango menas

spargi. immo anulum traiecit in dexteram manum et 'non sine *H*
causa' inquit 'hic bucinus signum dedit; nam aut incendium
oportet fiat, aut aliquis in vicinia animam abiciet. longe a no-
bis. itaque quisquis hunc indicem attulerit, corollarium acci-
piet'. dicto citius de vicinia gallus allatus est, quem Trimalchio
occidi iussit, ut aeno coctus fieret. laceratus igitur ab illo doc-
tissimo coco, qui paulo ante de porco aves piscesque fecerat, in
caccabum est coniectus. dumque Daedalus potionem ferven-
tissimam haurit, Fortunata mola buxea piper trivit.

sumptis igitur matteis respiciens ad familiam Trimalchio
'quid vos' inquit 'adhuc non cenastis? abite, ut alii veniant ad
officium'. subiit igitur alia classis, et illi quidem exclamavere:
'vale Gai', hi autem: 'ave Gai'. hinc primum hilaritas nostra
turbata est; nam cum puer non inspeciosus inter novos intras-
set ministros, invasit eum Trimalchio et osculari diutius coepit.
itaque Fortunata, ut ex aequo ius firmum approbaret, male di-
cere Trimalchioni coepit et purgamentum dedecusque praedica-
re, qui non contineret libidinem suam. ultimo etiam adiecit:
'canis'. Trimalchio contra offensus convicio calicem in faciem
Fortunatae immisit. illa tanquam oculum perdidisset, exclama-
vit manusque trementes ad faciem suam admovit. consternata
est etiam Scintilla trepidantemque sinu suo texit. immo puer
quoque officiosus urceolum frigidum ad malam eius admovit,
super quem incumbens Fortunata gemere ac flere coepit. contra
Trimalchio 'quid enim?' inquit 'ambubaia non meminit, sed de
machina illam sustuli, hominem inter homines feci. at inflat se
tanquam rana, et in sinum suum non spuit, codex, non mulier.
sed hic, qui in pergula natus est, aedes non somniatur. ita ge-
nium meum propitium habeam, curabo, domata sit Cassandra
caligaria. et ego, homo dipundiarius, sestertium centies accipere
potui. scis tu me non mentiri. Agatho, unguentarius herae
proximae, seduxit me et "suadeo" inquit "non patiaris genus
tuum interire". at ego dum bonatus ago et nolo videri levis,
ipse mihi asciam in crus impegi. recte, curabo, me unguibus
quaeras. et ut depraesentiarum intelligas, quid tibi feceris:
Habinna, nolo, statuam eius in monumento meo ponas, ne mor-
tuus quidem lites habeam. immo, ut sciat me posse malum dare,
nolo, me mortuum basiet'.

post hoc fulmen Habinnas rogare coepit, ut iam desineret
irasci et | 'nemo' inquit 'nostrum non peccat. homines sumus,

---

17 trimalchionem ‖ 24 quam *Heinsius* ‖ 25 me misit sede machil-
lam illam ‖ 27 conspuit ‖ 29 si

*H*non dei'. | idem et Scintilla flens dixit ac per genium eius Gaium appellando rogare coepit, ut se frangeret. non tenuit ultra lacrimas Trimalchio et 'rogo' inquit 'Habinna, sic peculium tuum fruniscaris: si quid perperam feci, in faciem meam inspue. puerum basiavi frugalissimum, non propter formam, sed quia frugi est: decem partes dicit, librum ab oculo legit, thraecium sibi de diariis fecit, archisellium de suo paravit et duas trullas. non est dignus quem in oculis feram? sed Fortunata vetat. ita tibi videtur, fulcipedia? suadeo, bonum tuum concoquas, milva, et me non facias ringentem, amasiuncula: alioquin experieris cerebrum meum. nosti me: quod semel destinavi, clavo tabulari fixum est. sed vivorum meminerimus. vos rogo, amici, ut vobis suaviter sit. nam ego quoque tam fui quam vos estis, sed virtute mea ad hoc perveni. corcillum est quod homines facit, cetera quisquilia omnia. "bene emo, bene vendo"; alius alia vobis dicet. felicitate dissilio. tu autem, sterteia, etiamnum ploras? iam curabo, fatum tuum plores. sed, ut coeperam dicere, ad hanc me fortunam frugalitas mea perduxit. tam magnus ex Asia veni, quam hic candelabrus est. ad summam, quotidie me solebam ad illum metiri, et ut celerius rostrum barbatum haberem, labra de lucerna ungebam. tamen ad delicias [femina] ipsimi [domini] annos quattuordecim fui. nec turpe est, quod dominus iubet. ego tamen et ipsimae [dominae] satis faciebam. scitis, quid dicam: taceo, quia non sum de gloriosis. ceterum, quemadmodum di volunt, dominus in domo factus 76
sum, et ecce cepi ipsimi cerebellum. quid multa? coheredem me Caesari fecit, et accepi patrimonium laticlavium. nemini tamen nihil satis est. concupivi negotiari. ne multis vos morer, quinque naves aedificavi, oneravi vinum — et tunc erat contra aurum — misi Romam. putares me hoc iussisse: omnes naves naufragarunt, factum, non fabula. uno die Neptunus trecenties sestertium devoravit. putatis me defecisse? non mehercules mi haec iactura gusti fuit, tanquam nihil facti. alteras feci maiores et meliores et feliciores, ut nemo non me virum fortem diceret. scitis, magna navis magnam fortitudinem habet. oneravi rursus vinum, lardum, fabam, seplasium, mancipia. hoc loco Fortunata rem piam fecit; omne enim aurum suum, omnia vestimenta vendidit et mi centum aureos in manu posuit. hoc fuit peculii mei fermentum. cito fit, quod di volunt. uno

---

2 ut effrangeret ‖ 7 artissellium *deleta priore* s ‖ 9 *rectius* fultipedia *aut* fulcripedia ‖ 10 facies ‖ 31 neptunno ‖ 33 factum *ut videtur primo erat scriptum* ‖ 35 scis

cursu centies sestertium corrotundavi. statim redemi fundos H
omnes, qui patroni mei fuerant. aedifico domum, venalicia coemo iumenta; quicquid tangebam, crescebat tanquam favus. postquam coepi plus habere, quam tota patria mea habet, manum de tabula: sustuli me de negotiatione et coepi libertos faenerare.
et sane nolentem me negotium meum agere exhortavit mathematicus, qui venerat forte in coloniam nostram, Graeculio, Serapa nomine, consiliator deorum. hic mihi dixit etiam ea, quae oblitus eram; ab acia et acu mi omnia exposuit; intestinas meas noverat, tantum quod mihi non dixerat, quid pridie cenaveram.
77 putasses illum semper mecum habitasse. rogo, Habinna — puto, interfuisti —: "tu dominam tuam de rebus illis fecisti. tu parum felix in amicos es. nemo unquam tibi parem gratiam refert. tu latifundia possides. tu viperam sub ala nutricas" et, quod vobis non dixerim, et nunc mi restare vitae annos triginta
et menses quattuor et dies duos. praeterea cito accipiam hereditatem. hoc mihi dicit fatus meus. quod si contigerit fundos Apuliae iungere, satis vivus pervenero. interim dum Mercurius vigilat, aedificavi hanc domum. ut scitis, casula erat; nunc templum est. habet quattuor cenationes, cubicula viginti; porticus
marmoratos duos, susum cenationem, cubiculum in quo ipse dormio, viperae huius sessorium, ostiarii cellam perbonam; hospitium hospites capit. ad summam, Scaurus cum huc venit, nusquam mavoluit hospitari, et habet ad mare paternum hospitium. et multa alia sunt, quae statim vobis ostendam. cre-
dite mihi: assem habeas, assem valeas; habes, habeberis. sic amicus vester, qui fuit rana, nunc est rex. interim, Stiche, profer vitalia, in quibus volo me efferri. profer et unguentum et ex illa amphora gustum, ex qua iubeo lavari ossa mea.'
78 non est moratus Stichus, sed et stragulam albam et prae-
textam in triclinium attulit
iussitque nos temptare, an bonis lanis essent confecta. tum subridens 'vide tu' inquit 'Stiche, ne ista mures tangant aut tineae; alioquin te vivum comburam. ego gloriosus volo efferri, ut totus mihi populus bene imprecetur'. statim ampullam nardi
aperuit omnesque nos unxit et 'spero' inquit 'futurum ut aeque me mortuum iuvet tanquam vivum'. nam vinum quidem in vinarium iussit infundi et 'putate vos' ait 'ad parentalia mea invitatos esse'.

---

5 per libertos *Heinsius* ‖ 6 nolente | exoravit *sed in margine* al. exhortavit ‖ 10 mihi *additum in margine* ‖ 12 imis *Hirschfeldus*, pusillis *Heinsius* ‖ 15 etiam nunc *Iahnius* ‖ 19 cusuc erat ‖ 21 marmoratis duos | cellationem ‖ 24 mavolt *Heinsius*

H ibat res ad summam nauseam, cum Trimalchio ebrietate turpissima gravis novum acroama, cornicines, in triclinium iussit adduci, fultusque cervicalibus multis extendit se super torum extremum et 'fingite me' inquit 'mortuum esse. dicite aliquid belli'. consonuere cornicines funebri strepitu. unus praecipue servus libitinarii illius, qui inter hos honestissimus erat, tam valde intonuit, ut totam concitaret viciniam. itaque vigiles, qui custodiebant vicinam regionem, rati ardere Trimalchionis domum, effregerunt ianuam subito et cum aqua securibusque tumultuari suo iure coeperunt. nos occasionem opportunissimam nacti Agamemnoni verba dedimus raptimque tam plane quam ex incendio fugimus.

L | neque fax ulla in praesidio erat, quae iter aperiret errantibus, nec silentium noctis iam mediae promittebat occurrentium lumen. accedebat huc ebrietas et imprudentia locorum etiam interdiu obfutura. itaque cum hora paene tota per omnes scrupos gastrarumque eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes, tandem expliciti acumine Gitonis sumus. prudens enim [pridie], cum luce etiam clara timeret errorem, omnes pilas columnasque notaverat creta, quae lineamenta evicerunt spississimam noctem et notabili candore ostenderunt errantibus viam. quamvis non minus sudoris habuimus etiam postquam ad stabulum pervenimus. anus enim ipsa inter deversitores diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum sensisset. et forsitan pernoctassemus in limine, ni tabellarius Trimalchionis intervenisset X vehiculis dives. non diu ergo tumultuatus stabuli ianuam effregit et nos per eandem intro admisit 79

*

qualis nox fuit illa, di deaeque,
quam mollis torus. haesimus calentes
et transfudimus hinc et hinc labellis
errantes animas. valete, curae
mortalis. ego sic perire coepi.

sine causa gratulor mihi. nam cum solutus mero remisissem ebrias manus, Ascyltos, omnis iniuriae inventor, subduxit mihi nocte puerum et in lectum transtulit suum, volutatusque liberius cum fratre non suo, sive non sentiente iniuriam sive dissimulante, indormivit alienis amplexibus oblitus iuris humani.

---

6 libertinarii *unde coniciat aliquis* qui inter collibertos ‖ 11 plane tamquam *Iahnius* ‖ 16 obscura ‖ 17 scirpos ‖ 19 pridie *Tornaesiana:* prudens *sed deletum Scaligeranus* ‖ 20 certaque ‖ 23 lautius *Iacobsius* ‖ 26 *temptavi* advectis ‖ 27 intro] terram ‖ 33 amisissem

itaque ego ut experrectus pertrectavi gaudio despoliatum torum *L*

si qua est amantibus fides, ego dubitavi, an utrumque traicerem gladio somnumque morti iungerem. tutius dein secutus consilium Gitona quidem verberibus excitavi, Ascylton autem truci intuens vultu 'quoniam' inquam 'fidem scelere violasti et communem amicitiam, res tuas ocius tolle et alium locum, quem polluas, quaere'.

non repugnavit ille, sed postquam optima fide partiti manu-
80 bias sumus, 'age' inquit 'nunc et puerum dividamus'. iocari putabam discedentem. at ille gladium parricidali manu strinxit et 'non frueris' inquit 'hac praeda, super quam solus incumbis. partem meam necesse est vel hoc gladio contemptus abscidam'. idem ego ex altera parte feci et intorto circa brachium pallio composui ad proeliandum gradum. inter hanc miserorum dementiam infelicissimus puer tangebat utriusque genua cum fletu petebatque suppliciter, ne Thebanum par humilis taberna spectaret, neve sanguine mutuo pollueremus familiaritatis clarissimae sacra. 'quod si utique' proclamabat 'facinore opus est, nudo ecce iugulum, convertite huc manus, imprimite mucrones. ego mori debeo, qui amicitiae sacramentum delevi'. inhibuimus ferrum post has preces, et prior Ascyltos 'ego' inquit 'finem discordiae imponam. puer ipse, quem vult, sequatur, ut sit illi saltem in eligendo fratre [salva] libertas'. ego qui vetustissimam consuetudinem putabam in sanguinis pignus transisse, nihil timui, immo condicionem praecipiti festinatione rapui commisique iudici litem. qui ne deliberavit quidem, ut videretur cunctatus, verum statim ab extrema parte verbi consurrexit *et* fratrem Ascylton elegit. fulminatus hac pronuntiatione, sic ut eram, sine gladio in lectulum decidi, et attulissem mihi damnatus manus, si non inimici victoriae invidissem. egreditur superbus cum praemio Ascyltos et paulo ante carissimum sibi commilitonem fortunaeque etiam similitudine parem in loco peregrino destituit abiectum.

| nomen amicitiae sic, quatenus expedit, haeret; *LO*
calculus in tabula mobile ducit opus.
cum fortuna manet, vultum servatis, amici;
cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

---

grex agit in scaena mimum: pater ille vocatur,
filius hic, nomen divitis ille tenet.

---

10 *simplicius* haec dicentem ‖ 12 contentus abscindam ‖ 23 salva *om. Scaligeranus* ‖ 25 *puto* arripui *ac deinde* ei iudici ‖ 33 si ‖ 35 dum *Iahnius* ‖ 36 cedit *Richardus* ‖ 37 *quattuor hos versus huc inlatos puto aliunde*

mox ubi ridendas inclusit pagina partes,
vera redit facies, dum simulata perit.

nec diu tamen lacrimis indulsi, sed veritus, ne Menelaus 81
etiam antescholarius inter cetera mala solum me in deversorio
inveniret, collegi sarcinulas locumque secretum et proximum
litori maestus conduxi. ibi triduo inclusus redeunte in animum
solitudine atque contemptu verberabam aegrum planctibus pec-
tus | et inter tot altissimos gemitus frequenter etiam proclama-
bam: 'ergo me non ruina terra potuit haurire? non iratum
etiam innocentibus mare? effugi iudicium, harenae imposui,
hospitem occidi, ut inter *tot* audaciae nomina mendicus, exul,
in deversorio Graecae urbis iacerem desertus? et quis hanc
mihi solitudinem imposuit? adulescens omni libidine impurus
et sua quoque confessione dignus exilio, stupro liber, stupro in-
genuus, cuius anni ad tesseram venierunt, quem tanquam puel-
lam conduxit etiam qui virum putavit. quid ille alter? qui [tan-
quam] die togae virilis stolam sumpsit, qui ne vir esset, a matre
persuasus est, qui opus muliebre in ergastulo fecit, qui post-
quam conturbavit et libidinis suae solum vertit, reliquit veteris
amicitiae nomen et, pro pudor, tanquam mulier secutuleia unius
noctis tactu omnia vendidit. iacent nunc amatores obligati
noctibus totis, et forsitan mutuis libidinibus attriti derident soli-
tudinem meam. sed non impune. nam aut vir ego liberque non
sum, aut noxio sanguine parentabo iniuriae meae'.

haec locutus gladio latus cingo, et ne infirmitas militiam 82
perderet, largioribus cibis excito vires. mox in publicum prosi-
lio furentisque more omnes circumeo porticus. sed dum atto-
nito vultu efferatoque nihil aliud quam caedem et sanguinem
cogito frequentiusque manum ad capulum, quem devoveram,
refero, notavit me miles, sive ille planus fuit sive nocturnus
grassator, et 'quid tu' inquit 'commilito, ex qua legione es aut
cuius centuria?' cum constantissime et centurionem et legio-
nem essem ementitus, 'age ergo' inquit ille 'in exercitu vestro
phaecasiati milites ambulant?' cum deinde vultu atque ipsa tre-
pidatione mendacium prodidissem, ponere *me* iussit arma et
malo cavere. despoliatus ergo, immo praecisa ultione retro ad
deversorium tendo paulatimque temeritate laxata coepi grassa-
toris audaciae gratias agere

1 machina *conieci* ‖ 2 dissimulata ‖ 14 exitio *Pithoeana* ‖ 15 ve-
nerunt ‖ 16 alter die qui tanquam togae ‖ 21 *potius* colligati ‖ 25 cingor |
28 *expectamus* efferatoque incedo *ac deinde* cogitans ‖ 36 immo] *for-
tasse* armis ‖ 37 lassata

*

non bibit inter aquas poma aut pendentia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
divitis haec magni facies erit, omnia circum
qui tenet et sicco concoquit ore famem.

non multum oportet consilio credere, quia suam habet fortuna rationem

*

83 in pinacothecam perveni vario genere tabularum mirabilem. nam et Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis iniuria victas, et Protogenis rudimenta cum ipsius naturae veritate certantia non sine quodam horrore tractavi. iam vero Apellis quam Graeci *μονόχνημον* appellant, etiam adoravi. tanta enim subtilitate extremitates imaginum erant ad similitudinem praecisae, ut crederes etiam animorum esse picturam. hinc aquila ferebat caelo sublimis Idaeum, illinc candidus Hylas repellebat improbam Naida. damnabat Apollo noxias manus lyramque resolutam modo nato flore honorabat. inter quos etiam pictorum amantium vultus tanquam in solitudine exclamavi: 'ergo amor etiam deos tangit. Iuppiter in caelo suo non invenit quod diligeret, sed peccaturus in terris nemini tamen iniuriam fecit. Hylan Nympha praedata temperasset amori suo, si venturum ad interdictum Herculem credidisset. Apollo pueri umbram revocavit in florem, et omnes fabulae quoque sine aemulo habuerunt complexus. at ego in societatem recepi hospitem Lycurgo crudeliorem'.

ecce autem, ego dum cum ventis litigo, intravit pinacothecam senex canus, exercitati vultus et qui videretur nescio quid magnum promittere, sed cultu non proinde speciosus, ut facile appareret eum *ex* hac nota literatorum esse, quos odisse divites solent. is ergo ad latus constitit meum

*

'ego' inquit 'poeta sum et ut spero, non humillimi spiritus, si modo coronis aliquid credendum est, quas etiam ad immeritos deferre gratia solet. "quare ergo" inquis "tam male vestitus es?" propter hoc ipsum. amor ingenii neminem unquam divitem fecit.

| qui pelago credit, magno se faenore tollit;

1 hoc *tetrastichon post p.* 14, 3 *ante p.* 21, 34 *olim locum habuit* ‖ 3 *puto* miseri | omnia cernens *libri*, omnia late *Fulgentius* ‖ 4 tenet *Fulgentius:* timet *libri* ‖ 11 monocremon ‖ 13 *fortasse* hic *et* illic ‖ 14 deum ‖ 18 eligeret et ‖ 19 imperasset ‖ 22 habuerunt sine aemulo *pars librorum* ‖ 27 literatum ‖ 30 imperitos

qui pugnas et castra petit, praecingitur auro;
vilis adulator picto iacet ebrius ostro,
et qui sollicitat nuptas, ad praemia peccat:
sola pruinosis horret facundia pannis
atque inopi lingua desertas invocat artes.

non dubie ita est: si quis vitiorum omnium inimicus rectum iter 84
vitae coepit insistere, primum propter morum differentiam odium habet; quis enim potest probare diversa? deinde qui solas extruere divitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, quam quod ipsi tenent. insectantur itaque, quacunque ratione possunt, literarum amatores, ut videantur illi quoque infra pecuniam positi'

*

| 'nescio quo modo bonae mentis soror est paupertas'

*

'vellem, tam innocens esset frugalitatis meae hostis, ut deleniri posset. nunc veteranus est latro et ipsis lenonibus doctior'

*

'in Asiam cum a quaestore essem stipendio eductus, hos- 85
pitium Pergami accepi. ubi cum libenter habitarem non solum propter cultum aedicularum, sed etiam propter hospitis formosissimum filium, excogitavi rationem, qua non essem patri familiae suspectus amator. quotiescunque enim in convivio de usu formosorum mentio facta est, tam vehementer excandui, tam severa tristitia violari aures meas obsceno sermone nolui, ut me mater praecipue tanquam unum ex philosophis intueretur. iam ego coeperam ephebum in gymnasium deducere, ego studia eius ordinare, ego docere ac praecipere, ne quis praedator corporis admitteretur in domum

*

forte cum in triclinio iaceremus, quia dies sollemnis ludum artaverat pigritiamque recedendi imposuerat hilaritas longior, fere circa mediam noctem intellexi puerum vigilare. itaque timidissimo murmure votum feci et "domina" inquam "Venus, si ego hunc puerum basiavero, ita ut ille non sentiat, cras illi par columbarum donabo". audito voluptatis pretio puer stertere coepit. itaque aggressus simulantem aliquot basiolis invasi. contentus hoc principio bene mane surrexi electumque par columbarum attuli expectanti ac me voto exsolvi. proxima nocte cum 86

---

7 inspicere ‖ 10 iactantur ‖ 11 *malo* illae *et* positae ‖ 17 *nomen narrantis adpositum erat* Eumolpus ‖ 29 *immo* adtulerat

idem liceret, mutavi optionem et "si hunc" inquam "tractavero improba manu, et ille non senserit, gallos gallinaceos pugnacissimos duos donabo patienti". ad hoc votum ephebus ultro se admovit et, puto, vereri coepit, ne ego obdormiscerem. indulsi ergo sollicito, totoque corpore citra summam voluptatem me ingurgitavi. deinde ut dies venit, attuli gaudenti quod promiseram. ut tertia nox licentiam dedit, consurrexi
ad aurem male dormientis "dii" inquam "immortales, si ego huic dormienti abstulero coitum plenum et optabilem, pro hac felicitate cras puero asturconem Macedonicum optimum donabo, cum hac tamen exceptione, si ille non senserit". nunquam altiore somno ephebus obdormivit. itaque primum implevi lactentibus papillis manus, mox basio inhaesi, deinde in unum omnia vota coniunxi. mane sedere in cubiculo coepit atque expectare consuetudinem meam. scis quanto facilius sit, columbas gallosque gallinaceos emere quam asturconem, et praeter hoc etiam timebam, ne tam grande munus suspectam faceret humanitatem meam. ego aliquot horis spatiatus in hospitium reverti nihilque aliud quam puerum basiavi. at ille circumspiciens ut cervicem meam vinxit amplexu, "rogo" inquit "domine, ubi est asturco?"

*

87 cum ob hanc offensam praeclusissem mihi aditum, quem feceram, iterum ad licentiam redii. interpositis enim paucis diebus, cum similis casus nos in eandem fortunam rettulisset, ut intellexi stertere patrem, rogare coepi ephebum, ut reverteretur in gratiam mecum, id est ut pateretur satis fieri sibi, et cetera quae libido distenta dictat. at ille plane iratus nihil aliud dicebat nisi hoc: "aut dormi, aut ego iam dicam patri". nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat. dum dicit: "patrem excitabo", irrepsi tamen et male repugnanti gaudium extorsi. at ille non indelectatus nequitia mea, postquam diu questus est deceptum se et derisum traductumque inter condiscipulos, quibus iactasset censum meum, "videris tamen" inquit "non ero tui similis. si quid vis, fac iterum". ego vero deposita omni offensa cum puero in gratiam redii ususque beneficio eius in somnum delapsus sum. sed non fuit contentus iteratione ephebus plenae maturitatis et annis ad patiendum gestientibus. itaque excitavit me sopitum et "numquid vis?" inquit. et non plane iam molestum erat munus. utcunque igitur

---

4 obdormissem ‖ 6 quicquid promiseram ‖ 18 ergo *Tornaesiana* ‖ 20 iunxit ‖ 33 sensum ‖ 39 *fortasse* inquit, etiamnum? plane

inter anhelitus sudoresque tritus, quod voluerat, accepit, rursusque in somnum decidi gaudio lassus. interposita minus hora pungere me manu coepit et dicere: "quare non facimus?" tum ego totiens excitatus plane vehementer excandui et reddidi illi voces suas: "aut dormi, aut ego iam patri dicam"

*

erectus his sermonibus consulere prudentiorem coepi 88
aetates tabularum et quaedam argumenta mihi obscura simulque causam desidiae praesentis excutere, cum pulcherrimae artes perissent, inter quas pictura ne minimum quidem sui vestigium reliquisset. tum ille 'pecuniae' inquit 'cupiditas haec tropica instituit. | priscis enim temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuae summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum saeculis diu lateret. itaque herbarum omnium sucos Democritus expressit, et ne lapidum virgultorumque vis lateret, aetatem inter experimenta consumpsit. Eudoxos [quidem] in cacumine excelsissimi montis consenuit, ut astrorum caelique motus deprehenderet, et Chrysippus, ut ad inventionem sufficeret, ter elleboro animum detersit. verum ut ad plastas convertar, Lysippum statuae unius lineamentis inhaerentem inopia extinxit, et Myron, qui paene animas hominum ferarumque aere comprehenderat, non invenit heredem. at nos vino scortisque demersi ne paratas quidem artes audemus cognoscere, sed accusatores antiquitatis vitia tantum docemus et discimus. ubi est dialectica? ubi astronomia? ubi sapientiae cultissima via? quis unquam venit in templum et votum fecit, si ad eloquentiam pervenisset? quis, si philosophiae fontem attigisset? ac ne bonam quidem mentem aut bonam valitudinem petunt, sed statim antequam limen Capitolii tangant, alius donum promittit, si propinquum divitem extulerit, alius, si thesaurum effoderit, alius, si ad trecenties sestertium salvus pervenerit. ipse senatus, recti bonique praeceptor, mille pondo auri Capitolio promittere solet, et ne quis dubitet pecuniam concupiscere, lovem quoque peculio exornat. noli ergo mirari, si pictura defecit, cum omnibus diis hominibusque formosior videatur massa auri, quam quicquid Apelles Phidiasque, Graeculi delirantes, fecerunt. sed video te totum in illa haerere tabula, 89
quae Troiae halosin ostendit. itaque conabor opus versibus pandere:

---

13 itaque hercula herbarum *O* ‖ 16 quidem *om. florilegia*, quoque *vetus emendator* ‖ 19 revertar *O* ‖ 21 comprehendit *O* ‖ 25 consultissima *libri praeter Parisinum 6842 D* | inquam *plerique libri*, dudum *florilegia* ‖ 33 exorat

iam decima maestos inter ancipites metus
Phrygas obsidebat messis et vatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu,
cum Delio profante caesi vertices
Idae trahuntur scissaque in molem cadunt
robora, minacem quae figurarent equum.
aperitur ingens antrum et obducti specus,
qui castra caperent. huc decenni proelio
irata virtus abditur, stipant graves
Danai recessus, in suo voto latent.
o patria, pulsas mille credidimus rates
solumque bello liberum: hoc titulus fero
incisus, hoc ad furta compositus Sinon
firmabat et mens semper in damnum potens.
iam turba portis libera ac bello carens
in vota properat. fletibus manant genae
mentisque pavidae gaudium lacrimas habet.
quas metus abegit. namque Neptuno sacer
crinem solutus omne Laocoon replet
clamore vulgus. mox reducta cuspide
uterum notavit, fata sed tardant manus,
ictusque resilit et dolis addit fidem.
iterum tamen confirmat invalidam manum
altaque bipenni latera pertemptat. fremit
captiva pubes intus, et dum murmurat,
roborea moles spirat alieno metu.
ibat iuventus capta, dum Troiam capit,
bellumque totum fraude ducebat nova.
ecce alia monstra: celsa qua Tenedos mare
dorso replevit, tumida consurgunt freta
undaque resultat scissa tranquillo minor,
qualis silenti nocte remorum sonus
longe refertur, cum premunt classes mare
pulsumque marmor abiete imposita gemit.
respicimus: angues orbibus geminis ferunt
ad saxa fluctus, tumida quorum pectora
rates ut altae lateribus spumas agunt.
dat cauda sonitum, liberae ponto iubae

---

6 figurabant ‖ 7 *conieci* paratur ‖ 9 firmata *Iacobsius*, durata *Burmannus* ‖ 10 recessus Danai et in voto *O* ‖ 13 fata ‖ 14 mens semper *Autissiodurensis:* mendatium semper *Parisinus 6842 D*, mendacium *reliqui* | inpotens *conieci* ‖ 16 properant ‖ 22 letusque *libri fere omnes* ‖ 27 *et* 28 *post* 53 *collocat Iahnius, post* 10 *ego* ‖ 31 tranquillo mari *Tollius* ‖ 38 pontem *aut* pontum

consentiunt luminibus, fulmineum iubar
incendit aequor sibilisque undae fremunt.
stupuere mentes. infulis stabant sacri
Phrygioque cultu gemina nati pignora
Lauconte. quos repente tergoribus ligant
angues corusci. parvulas illi manus
ad ora referunt, neuter auxilio sibi,
uterque fratri: transtulit pietas vices
morsque ipsa miseros mutuo perdit metu.
accumulat ecce liberum funus parens,
infirmus auxiliator. invadunt virum
iam morte pasti membraque ad terram trahunt.
iacet sacerdos inter aras victima
terramque plangit. sic profanatis sacris
peritura Troia perdidit primum deos.
iam plena Phoebe candidum extulerat iubar
minora ducens astra radianti face,
cum inter sepultos Priamidas nocte et mero
Danai relaxant claustra et effundunt viros.
temptant in armis se duces, ceu ubi solet
nodo remissus Thessali quadrupes iugi
cervicem et altas quatere ad excursum iubas.
gladios retractant, commovent orbes manu
bellumque sumunt. hic graves alius mero
obtruncat et continuat in mortem ultimam
somnos, ab aris alius accendit faces
contraque Troas invocat Troiae sacra.'

| * ex is, qui in porticibus spatiabantur, lapides in Eumolpum recitantem miserunt. at ille, qui plausum ingenii sui noverat, operuit caput extraque templum profugit. timui ego, ne me poetam vocaret. itaque subsecutus fugientem ad litus perveni, et ut primum extra teli coniectum licuit consistere, 'rogo' inquam 'quid tibi vis cum isto morbo? minus quam duabus horis mecum moraris, et saepius poetice quam humane locutus es. itaque non miror, si te populus lapidibus persequitur. ego quoque sinum meum saxis onerabo, ut quotiescunque coeperis a te exire, sanguinem tibi a capite mittam'. movit ille vultum et 'o mi' inquit 'adulescens, non hodie primum auspicatus sum.

---

39 pontum iubae convestiunt *Hauptius post* luminibus *intercidisse versum ratus, ego* anguineum *proposui* ‖ 40 tremunt ‖ 58 ceu qui *Birtius* ‖ 59 nudo ‖ 63 noctem *Dousa* ‖ 64 avaris ‖ 4 *expectabam* putarent ‖ 10 movit] *haec et de proximis complura in artius redacta*

immo quoties theatrum, ut recitarem aliquid, intravi, hac me adventicia excipere frequentia solet. ceterum ne [et] tecum quoque habeam rixandum, toto die me ab hoc cibo abstinebo'. 'immo' inquam ego 'si eiuras hodiernam bilem, una cenabimus'

*

mando aedicularum custodi cenulae officium

*

91 video Gitona cum linteis et strigilibus parieti applicitum tristem confusumque. scires, non libenter servire. itaque ut experimentum oculorum caperem
convertit ille solutum gaudio vultum et 'miserere' inquit 'frater. ubi arma non sunt, libere loquor. eripe me latroni cruento et qualibet saevitia paenitentiam iudicis tui puni. satis magnum erit misero solacium, tua voluntate cecidisse'. supprimere ego querellam iubeo, ne quis consilia deprehenderet, relictoque Eumolpo — nam in balneo carmen recitabat — per tenebrosum et sordidum egressum extraho Gitona raptimque in hospitium meum pervolo. praeclusis deinde foribus invado pectus amplexibus et perfusum os lacrimis vultui meo consero. diu vocem neuter invenit; nam puer etiam singultibus crebris amabile pectus quassaverat. 'o facinus' inquam, 'indignum, quod amo te quamvis relictus, et in hoc pectore, cum vulnus ingens fuerit, cicatrix non est. quid dicis, peregrini amoris concessio? dignus hac iniuria fui?' postquam se amari sensit, supercilium altius sustulit

*

'nec amoris arbitrium ad alium iudicem detuli. sed nihil iam queror, nihil iam memini, si bona fide paenitentiam emendas'. haec cum inter gemitus lacrimasque fudissem, detersit ille pallio vultum et 'quaeso' inquit 'Encolpi, fidem memoriae tuae appello: ego te reliqui, an tu me prodidisti? equidem fateor et prae me fero: cum duos armatos viderem, ad fortiorem confugi'. exosculatus pectus sapientia plenum inieci cervicibus manus, et ut facile intellegeret redisse me in gratiam et optima fide reviviscentem amicitiam, toto pectore adstrinxi.

92 et iam plena nox erat mulierque cenae mandata curaverat, cum Eumolpus ostium pulsat. interrogo ego: 'quot estis?' obiterque per rimam foris speculari diligentissime coepi, num Ascyltos una venisset. deinde ut solum hospitem vidi, momento

---

1 hic *vel* hec ‖ 3 rixam *Richardus. dubito autem an omissa sint talia* mehercules iam ‖ 11 sententiam *pro* paenitentiam *Scaligeranus primo* ‖ 17 vultu meo contero ‖ 24 tuli *aut* tulit ‖ 25 sententiam *restituendum opinor iterum* ‖ 31 *an* reviviscere?

recepi. ille ut se in grabatum reiecit viditque Gitona in conspectu ministrantem, movit caput et 'laudo' inquit 'Ganymedem. oportet hodie bene sit'. non delectavit me tam curiosum principium timuique, ne in contubernium recepissem Ascylti parem. instat Eumolpus, et cum puer illi potionem dedisset, 'malo te' inquit 'quam balneum totum' siccatoque avide poculo negat sibi unquam acidius fuisse. 'nam et dum lavor' ait 'paene vapulavi, quia conatus sum circa solium sedentibus carmen recitare, et postquam de balneo tanquam de theatro eiectus sum, circuire omnes angulos coepi et clara voce Encolpion clamitare. ex altera parte iuvenis nudus, qui vestimenta perdiderat, non minore clamoris indignatione Gitona flagitabat. et me quidem pueri tanquam insanum imitatione petulantissima deriserunt, illum autem frequentia ingens circumvenit cum plausu et admiratione timidissima. habebat enim inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem laciniam fascini crederes. o iuvenem laboriosum: puto illum pridie incipere, postero die finire. itaque statim invenit auxilium; nescio quis enim, eques Romanus ut aiebant infamis, sua veste errantem circumdedit ac domum abduxit, credo, ut tam magna fortuna solus uteretur. at ego ne mea quidem vestimenta ab officioso *custode* recepissem, nisi notorem dedissem. tanto magis expedit inguina quam ingenia fricare'. haec Eumolpo dicente mutabam ego frequentissime vultum, iniuriis scilicet inimici mei hilaris, commodis tristis. utcunque tamen, tanquam non agnoscerem fabulam, tacui et cenae ordinem explicui

*

'vile est, quod licet, et animus errore lentus iniurias diligit. 93
ales Phasiacis petita Colchis
atque Afrae volucres placent palato,
quod non sunt faciles: at albus anser
et pictis anas renovata pennis
plebeium sapit. ultimis ab oris
attractus scarus atque arata Syrtis
si quid naufragio dedit, probatur:
mullus iam gravis est. amica vincit
uxorem. rosa cinnamum veretur.
quicquid quaeritur, optimum videtur.'

'hoc est' inquam 'quod promiseras, ne quem hodie versum 94
faceres? per fidem, saltem nobis parce, qui te nunquam lapida-

---

8 at ‖ 24 nostri *Tornaesiana* ‖ 27 errori intentus *conieci* ‖ 31 avis *florilegium*. *metro convenit* ingravata

vimus. nam si aliquis ex is, qui in eodem synoecio potant, nomen poetae olfecerit, totam concitabit viciniam et nos omnes sub eadem causa obruet. miserere et aut pinacothecam aut balneum cogita.' sic me loquentem obiurgavit Giton, mitissimus puer, et negavit recte facere, quod seniori conviciarer simulque oblitus officii mensam, quam humanitate posuissem, contumelia tollerem, multaque alia moderationis verecundiaeque verba, quae formam eius egregie decebant

*

| 'o felicem' inquit 'matrem tuam, quae te talem peperit: macte virtute esto. raram fecit mixturam cum sapientia forma. itaque ne putes te tot verba perdidisse, amatorem invenisti. ego laudes tuas carminibus implebo. ego paedagogus et custos etiam quo non iusseris, sequar. nec iniuriam Encolpius accipit, alium amat.' profuit etiam Eumolpo miles ille, qui mihi abstulit gladium; alioquin quem animum adversus Ascylton sumpseram, eum in Eumolpi sanguinem exercuissem. nec fefellit hoc Gitona. itaque extra cellam processit, tanquam aquam peteret, iramque meam prudenti absentia extinxit. paululum ergo intepescente saevitia 'Eumolpe' inquam 'iam malo vel carminibus loquaris, quam eiusmodi tibi vota proponas. et ego iracundus sum, et tu libidinosus: vide, quam non conveniat his moribus. puta igitur me furiosum esse, cede insaniae, id est ocius foras exi'. | confusus hac denuntiatione Eumolpus non quaesiit iracundiae causam, sed continuo limen egressus adduxit repente ostium cellae meque nihil tale expectantem inclusit, exemitque raptim clavem et ad Gitona investigandum cucurrit.

inclusus ego suspendio vitam finire constitui. et iam semicinctio *lecti* stantis ad parietem spondam vinxeram cervicesque nodo condebam, cum reseratis foribus intrat Eumolpus cum Gitone meque a fatali iam meta revocat ad lucem. Giton praecipue ex dolore in rabiem efferatus tollit clamorem, me utraque manu impulsum praecipitat super lectum, 'erras' inquit 'Encolpi, si putas contingere posse, ut ante *me* moriaris. prior coepi; in Ascylti hospitio gladium quaesivi. ego si te non invenissem, periturus per praecipitia fui. et ut scias non longe esse quaerentibus mortem, specta invicem, quod me spectare voluisti'. haec locutus mercennario Eumolpi novaculam rapit et semel iterumque cervice percussa ante pedes collabitur nostros. exclamo ego

---

1 *expecto* te olfecerit, momento totam ‖ 3 eodem casu *Segebadius* ‖ 9 *praepositum* Eumolpus ad Gitonem ‖ 16 eum *om. libri plerique* ‖ 30 tramite *Iahnius* ‖ 31 *fortasse* dumque me

attonitus, secutusque labentem eodem ferramento ad mortem viam quaero. sed neque Giton ulla erat suspicione vulneris laesus, neque ego ullum sentiebam dolorem. rudis enim novacula et in hoc retusa, ut pueris discentibus audaciam tonsoris daret, instruxerat thecam. ideoque nec mercennarius ad raptum ferramentum expaverat, nec Eumolpus interpellaverat mimicam mortem.

| dum haec fabula inter amantes luditur, deversitor cum 95
parte cenulae intervenit, contemplatusque foedissimam volutationem iacentium 'rogo' inquit 'ebrii estis, an fugitivi, an utrumque? quis autem grabatum illum erexit, aut quid sibi vult tam furtiva molitio? vos mehercules ne mercedem cellae daretis, fugere nocte in publicum voluistis. sed non impune. iam enim faxo sciatis non viduae hanc insulam esse sed M. Mannicii'. exclamat Eumolpus 'etiam minaris?' simulque os hominis palma excussissima pulsat. ille tot hospitum potionibus liberum urceolum fictilem in Eumolpi caput iaculatus est solvitque clamantis frontem et de cella se proripuit. Eumolpus contumeliae impatiens rapit ligneum candelabrum sequiturque abeuntem et creberrimis ictibus supercilium suum vindicat. fit concursus familiae hospitumque ebriorum frequentia. ego autem nactus occasionem vindictae Eumolpum excludo, redditaque scordalo vice sine aemulo scilicet et cella utor et nocte.

interim coctores insulariique mulcant exclusum et alius veru extis stridentibus plenum in oculos eius intentat, alius furca de carnario rapta statum proeliantis componit. anus praecipue lippa, sordidissimo praecincta linteo, soleis ligneis imparibus imposita, canem ingentis magnitudinis catena trahit instigatque in Eumolpon. sed ille candelabro se ab omni periculo vindicabat. videbamus nos omnia per foramen valvae, quod paulo ante ansa 96
ostioli rupta laxaverat, favebamque ego vapulanti. Giton autem non oblitus misericordiae suae reserandum esse ostium succurrendumque periclitanti censebat. ego durante adhuc iracundia non continui manum, sed caput miserantis stricto acutoque articulo percussi. et ille quidem flens consedit in lecto. ego autem alternos opponebam foramini oculos iniuriaque Eumolpi | velut quodam cibo me replebam | advocationemque commendabam, cum procurator insulae Bargates a cena excitatus a duobus lecticariis in mediam rixam perfertur; nam erat etiam pedibus aeger. is ut rabiosa barbaraque voce in ebrios fugitivosque diu peroravit,

16 liber *O* ‖ 36 iniuriamque Eumolpi advocationemque *iungunt O*, iniuriaeque Eumolpi advocationem commodabam (*sic Parisinus 8049*) *Scaliger*, et veluti quodam cibo me replebam cum *Pithoeus*

respiciens ad Eumolpon 'o poetarum' inquit 'disertissime, tu L
eras? et non discedunt ocius nequissimi servi manusque continent a rixa?'

*

| 'contubernalis mea mihi fastum facit. ita, si me amas, L
maledic illam versibus, ut habeat pudorem'

*

97 dum Eumolpus cum Bargate in secreto loquitur, intrat stabulum praeco cum servo publico aliaque sane modica frequentia, facemque fumosam magis quam lucidam quassans haec proclamavit: 'puer in balneo paulo ante aberravit, annorum circa XVI, crispus, mollis, formosus, nomine Giton. si quis eum reddere aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille'. nec longe a praecone Ascyltos stabat amictus discoloria veste atque in lance argentea indicium et fidem praeferebat. imperavi Gitoni, ut raptim grabatum subiret annecteretque pedes et manus institis, quibus sponda culcitam ferebat, ac sic ut olim Vlixes Cyclopis arieti adhaesisset, extentus infra grabatum scrutantium eluderet manus. non est moratus Giton imperium momentoque temporis inseruit vinculo manus et Vlixem astu simillimo vicit. ego ne suspicioni relinquerem locum, lectulum vestimentis implevi uniusque hominis vestigium ad corporis mei mensuram figuravi.

interim Ascyltos ut pererravit omnes cum viatore cellas, venit ad meam, et hoc quidem pleniorem spem concepit, quo diligentius oppessulatas invenit fores. publicus vero servus insertans commissuris secures claustrorum firmitatem laxavit. ego ad genua Ascylti procubui et per memoriam amicitiae perque societatem miseriarum petii, ut saltem ostenderet fratrem. immo ut fidem haberent fictae preces, 'scio te' inquam 'Ascylte, ad occidendum me venisse. quo enim secures attulisti? itaque satia iracundiam tuam: praebeo ecce cervicem, funde sanguinem, quem sub praetextu quaestionis petisti'. amolitur Ascyltos invidiam et se vero nihil aliud quam fugitivum suum dixit quaerere, mortem nec hominis concupisse nec supplicis, utique eius quem
98 post fatalem rixam habuisset carissimum. at non servus publicus tam languide agit, sed raptam cauponi harundinem subter lectum mittit omniaque etiam foramina parietum scrutatur. subducebat Giton ab ictu corpus et reducto timidissime spiritu ipsos sciniphes ore tangebat

---

4 *praepositum* Bargates procurator ad Eumolpum ‖ 15 Vlixes pro ariete ‖ 22 hic *Burmannus* | quod ‖ 24 commissuras secure *Scaligeranus: puto* securem | infirmitatem ‖ 32 *temptavi* nec mortem hominis c. nec supplicium ‖ 33 *fortasse* praeter | habuit

*

Eumolpus autem, quia effractum ostium cellae neminem poterat excludere, irrumpit perturbatus et 'mille' inquit 'nummos inveni; iam enim persequar abeuntem praeconem et in potestate tua esse Gitonem meritissima proditione monstrabo'. genua ego perseverantis amplector, ne morientes vellet occidere, et 'merito' inquam 'excandesceres, si posses perditum ostendere. nunc inter turbam puer fugit, nec quo abierit, suspicari possum. per fidem, Eumolpe, reduc puerum et vel Ascylto redde'. dum haec ego iam credenti persuadeo, Giton collectione spiritus plenus ter continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret. ad quem motum Eumolpus conversus salvere Gitona iubet. remota etiam culcita videt Vlixem, cui vel esuriens Cyclops potuisset parcere. mox conversus ad me 'quid est' inquit 'latro? ne deprehensus quidem ausus es mihi verum dicere. immo ni deus quidam humanarum rerum arbiter pendenti puero excussisset indicium, elusus circa popinas errarem'

*

Giton longe blandior quam ego, primum araneis oleo madentibus vulnus, quod in supercilio factum erat, coartavit. mox palliolo suo laceratam mutavit vestem, amplexusque iam mitigatum osculis tanquam fomentis aggressus est et 'in tua' inquit 'pater carissime, in tua sumus custodia. si Gitona tuum amas, incipe velle servare. utinam me solum inimicus ignis hauriret vel hibernum invaderet mare. ego enim omnium scelerum materia, ego causa sum. si perirem, conveniret inimicis'

*

'ego sic semper et ubique vixi, ut ultimam quamque lucem 99
tanquam non redituram consumerem'

*

profusis ego lacrimis rogo quaesoque, ut mecum quoque redeat in gratiam: neque enim in amantium esse potestate furiosam aemulationem. daturum tamen operam, ne aut dicam aut faciam amplius, quo possit offendi. tantum omnem scabitudinem animi tanquam bonarum artium magister deleret sine cicatrice. 'incultis asperisque regionibus diutius nives haerent, ast ubi aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris, levis pruina dilabitur. similiter in pectoribus ira considit: feras quidem mentes obsidet, eruditas praelabitur.' 'ut scias' inquit Eumolpus 'verum esse,

---

4 propositione ‖ 6 proditum ‖ 11 sonitum *Iahnius* ‖ 23 vel] ut ‖ 25 *praemissum* Eumolpus ‖ 31 animo | sine dolore *Scaligeranus: fortasse* cunctatione ‖ 32 ubi ea aratro ‖ 35 praeterlabitur *Tornaesiana*

quod dicis, ecce etiam osculo iram finio. itaque, quod bene eve- *L*
niat, expedite sarcinulas et vel sequimini me vel, si mavultis,
ducite.' adhuc loquebatur, cum crepuit ostium impulsum, stetit-
que in limine barbis horrentibus nauta et 'moraris' inquit 'Eu-
molpe, tanquam propudium ignores'. haud mora, omnes con-
surgimus, et Eumolpus quidem mercennarium suum iam olim
dormientem exire cum sarcinis iubet. ego cum Gitone quicquid
erat, in iter compono et adoratis sideribus intro navigium

*

100 'molestum est quod puer hospiti placet. quid autem? non
commune est, quod natura optimum fecit? sol omnibus lucet.
luna innumerabilibus comitata sideribus etiam feras ducit ad pa-
bulum. quid aquis dici formosius potest? in publico tamen ma-
nant. solus ergo amor furtum potius quam praemium erit?
immo vero nolo habere bona, nisi quibus populus inviderit.
unus, et senex, non erit gravis; etiam cum voluerit aliquid su-
mere, opus anhelitu prodet.' haec ut infra fiduciam posui frau-
davique animum dissidentem, coepi somnum obruto tunicula
capite mentiri.

sed repente quasi destruente fortuna constantiam meam
eiusmodi vox super constratum puppis congemuit: 'ergo me de-
risit?' et haec quidem virilis et paene auribus meis familiaris
animum palpitantem percussit. ceterum eadem indignatione
mulier lacerata ulterius excanduit et 'si quis deus manibus meis'
inquit 'Gitona imponeret, quam bene exulem exciperem'. uter-
que nostrum tam inexpectato ictus sono amiserat sanguinem.
ego praecipue quasi somnio quodam turbulento circumactus diu
vocem collegi tremebundisque manibus Eumolpi iam in soporem
labentis laciniam duxi et 'per fidem' inquam 'pater, cuius haec
navis est, aut quos vehat, dicere potes?' inquietatus ille mo-
leste tulit et 'hoc erat' inquit 'quod placuerat tibi, ut supra con-
stratum navis occuparemus secretissimum locum, ne nos pate-
reris requiescere? quid porro ad rem pertinet, si dixero Licham
Tarentinum esse dominum huiusce navigii, qui Tryphaenam
101 exulem Tarentum ferat?' intremui post hoc fulmen attonitus,
iuguloque detecto 'aliquando' inquam 'totum me, Fortuna, vi-
cisti'. nam Giton quidem super pectus meum positus diu ani-
mam egit. deinde ut effusus sudor utriusque spiritum revocavit,
comprehendi Eumolpi genua et 'miserere' inquam 'morientium

---

5 properandum *Tornaesius proposuit* ‖ 8 in alter ‖ 10 fecerit *flori-*
legia ‖ 16 intra *Tornaesius* ‖ 17 diffidentem *Dousa* ‖ 21 at haec | *for-*
tasse plane ‖ 24 exul eum *Strelitzius* | exciperet: exciperent *Reiskius*

et pro consortio studiorum commoda manum. mors venit, quae, nisi per te non licet, potest esse pro munere'. inundatus hac Eumolpus invidia iurat per deos deasque se neque scire quid acciderit, nec ullum dolum malum consilio adhibuisse, sed mente simplicissima et vera fide in navigium comites induxisse, quo ipse iam pridem fuerit usurus. 'quae autem hic insidiae sunt' inquit 'aut quis nobiscum Hannibal navigat? Lichas Tarentinus, homo verecundissimus et non tantum huius navigii dominus, quod regit, sed fundorum etiam aliquot et familiae negotiantis, onus deferendum ad mercatum conducit. hic est Cyclops ille et archipirata, cui vecturam debemus; et praeter hunc Tryphaena, omnium feminarum formosissima, quae voluptatis causa huc atque illuc vectatur.' 'hi sunt' inquit Giton 'quos fugimus' simulque raptim causas odiorum et instans periculum trepidanti Eumolpo exponit. confusus ille et consilii egens iubet quemque suam sententiam promere et 'fingite' inquit 'nos antrum Cyclopis intrasse. quaerendum est aliquod effugium, nisi naufragium ponimus et omni nos periculo liberamus.' 'immo' inquit Giton 'persuade gubernatori, ut in aliquem portum navem deducat, non sine praemio scilicet, et affirma ei impatientem maris fratrem tuum in ultimis esse. poteris hanc simulationem et vultus confusione et lacrimis obumbrare, ut misericordia permotus gubernator iudulgeat tibi.' negavit hoc Eumolpus fieri posse, 'quia magna' inquit 'navigia portubus se curvatis insinuant, nec tam cito fratrem defecisse veri simile erit. accedit his, quod forsitan Lichas officii causa visere languentem desiderabit. vides, quam valde nobis expediat, ultro dominum ad fugientes accersere. sed finge navem ab ingenti posse cursu deflecti et Licham non utique circumiturum aegrorum cubilia: quomodo possumus egredi nave, ut non conspiciamur a cunctis? opertis capitibus, an nudis? opertis, et quis non dare manum languentibus volet? nudis, et quid erit aliud quam se ipsos proscribere?' 'quin po- 102
tius' inquam ego 'ad temeritatem confugimus et per funem lapsi descendimus in scapham praecisoque vinculo reliqua fortunae committimus? nec ego in hoc periculum Eumolpon arcesso. quid enim attinet innocentem alieno periculo imponere? contentus sum, si nos descendentes adiuverit casus.' 'non imprudens' inquit 'consilium' Eumolpos 'si aditum haberet. quis enim non euntes notabit? utique gubernator, qui pervigil nocte siderum quoque motus custodit. et utcunque imponi nihil dormienti

1 id est pro ‖ 18 et communi *Iacobsius,* et omni modo *ego* ‖ 24 *fortasse secundum Lipsium* gravatius ‖ 27 accedere ‖ 28 urgenti *Reiskius* ‖ 36 impendere *Iacobsius* ‖ 37 *temptavi* adiuverit custos ‖ 40 nihil] vel

posset, si per aliam partem navis fuga quaereretur: nunc per *L*
puppim, per ipsa gubernacula delabendum est, a quorum regione funis descendit, qui scaphae custodiam tenet. praeterea illud miror, Encolpi, tibi non succurrisse, unum nautam stationis perpetuae interdiu noctuque iacere in scapha, nec posse inde custodem nisi aut caede expelli aut praecipitari viribus. quod an fieri possit, interrogate audaciam vestram. nam quod ad meum quidem comitatum attinet, nullum recuso periculum, quod salutis spem ostendit. nam sine causa [quidem] spiritum tanquam rem vacuam impendere ne vos quidem existimo velle. videte, numquid hoc placeat: ego vos in duas iam pelles coniciam vinctosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebo, apertis scilicet aliquatenus labris, quibus et spiritum recipere possitis et cibum. conclamabo deinde nocte servos poenam graviorem timentes praecipitasse se in mare. deinde cum ventum fuerit in portum, sine ulla suspicione pro sarcinis vos efferam.' 'ita vero' inquam ego 'tanquam solidos alligaturus, quibus non soleat venter iniuriam facere? an tanquam eos qui sternutare non soleamus nec stertere? an quia hoc genus furti semel [mea] feliciter cessit? sed finge una die vinctos posse durare: quid ergo, si diutius aut tranquillitas nos tenuerit aut adversa tempestas? quid facturi sumus? vestes quoque diutius vinctas ruga consumit, et chartae alligatae mutant figuram. iuvenes adhuc laboris expertes statuarum ritu patiemur pannos et vincla?'

*

'adhuc aliquod iter salutis quaerendum est. inspicite, quod ego inveni. Eumolpus tanquam literarum studiosus utique atramentum habet. hoc ergo remedio mutemus colores a capillis usque ad ungues. ita tanquam servi Aethiopes et praesto tibi erimus sine tormentorum iniuria hilares, et permutato colore imponemus inimicis.' 'quidni?' inquit Giton 'etiam circumcide nos, ut Iudaei videamur, et pertunde aures, ut imitemur Arabes, et increta facies, ut suos Gallia cives putet: tanquam hic solus color figuram possit pervertere et non multa una oporteat consentiant [et non] ratione, *ut* mendacium constet. puta infectam medicamine faciem diutius durare posse; finge nec aquae asperginem impositurum aliquam corpori maculam, nec vestem atramento adhaesuram, quod frequenter etiam non accersito ferrumine infigitur: age, numquid et labra possumus tumore taeterrimo implere? numquid et crines calamistro convertere? numquid

3 *scribendum* scapham tenet ‖ 19 Menelao feliciter *Iahnius* ‖ 30 quid tu *Tornaesiana* ‖ 34 natione: ut omni ratione mendacium *Crusius* ‖ 37 quae *et* 38 inficitur *Munckerus*

L et frontes cicatricibus scindere? numquid et crura in orbem pandere? numquid et talos ad terram deducere? numquid *et* barbam peregrina ratione figurare? color arte compositus inquinat corpus, non mutat. audite, quid amenti succurrerit: praeligemus vestibus capita et nos in profundum mergamus.' 'ne istud 103
dii hominesque patiantur' Eumolpus exclamat 'ut vos tam turpi exitu vitam finiatis. immo potius facite, quod iubeo. mercennarius meus, ut ex novacula comperistis, tonsor est: hic continuo radat utriusque non solum capita, sed etiam supercilia. sequar ego frontes notans inscriptione sollerti, ut videamini stigmate esse puniti. ita eaedem literae et suspicionem declinabunt quaerentium et vultus umbra supplicii tegent.'

non est dilata fallacia, sed ad latus navigii furtim processimus capitaque cum superciliis denudanda tonsori praebuimus. implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus literis et notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit. unus forte ex vectoribus, qui acclinatus lateri navis exonerabat stomachum nausea gravem, notavit sibi ad lunam tonsorem intempestivo inhaerentem ministerio, execratusque omen, quod imitaretur naufragorum ultimum votum, in cubile reiectus est. nos dissimulata nauseantis devotione ad ordinem tristitiae redimus, silentioque compositi reliquas noctis horas male soporati consumpsimus

*

'videbatur mihi secundum quietem Priapus dicere: "Encol- 104
pion quod quaeris, scito a me in navem tuam esse perductum." exhorruit Tryphaena et 'putes' inquit 'una nos dormiisse; nam et mihi simulacrum Neptuni, quod Baiis *in* tetrastylo notaveram, videbatur dicere: "in nave Lichae Gitona invenies." 'hinc scies' inquit Eumolpus 'Epicurum esse hominem divinum, qui eiusmodi ludibria facetissima ratione condemnat.'

ceterum Lichas ut Tryphaenae somnium expiavit, 'quis' inquit 'prohibet navigium scrutari, ne videamur divinae mentis opera damnare?'

is qui nocte miserorum furtum deprehenderat, Hesus nomine, subito proclamat: 'ergo illi qui sunt, qui nocte ad lunam radebantur pessimo medius fidius exemplo? audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues neque capillos deponere,

---

3 peregrinatione ‖ 4 timenti ‖ 15 inlevit *Cornelissen* ‖ 21 non ‖ 22 composito ‖ 24 *praepositum* Lichas ‖ 27 Baistor asylo ‖ 31 quid *Burmannus* ‖ 33 *puto* operam ‖ 34 laesus omine *Tornaesius* ‖ 35 rogo *Iacobsius* | illi sunt *Segebadius*

105 nisi cum pelago ventus irascitur'. excanduit Lichas hoc sermone *L*
turbatus et 'itane' inquit 'capillos aliquis in nave praecidit, et hoc
nocte intempesta? attrahite ocius nocentes in medium, ut sciam,
quorum capitibus debeat navigium lustrari'. 'ego' inquit Eumol-
pus 'hoc iussi. nec in eodem futurus navigio auspicium mihi
feci, sed quia nocentes horridos longosque habebant capillos, ne
viderer de nave carcerem facere, iussi squalorem damnatis au-
ferri; simul ut notae quoque literarum non adumbratae comarum
praesidio totae ad oculos legentium acciderent. inter cetera apud
communem amicam consumpserunt pecuniam meam, a qua illos
proxima nocte extraxi mero unguentisque perfusos. ad sum-
mam, adhuc patrimonii mei reliquias olent'

*

itaque ut tutela navis expiaretur, placuit quadragenas utri-
que plagas imponi. nulla ergo fit mora: aggrediuntur nos fu-
rentes nautae cum funibus temptantque vilissimo sanguine tutelam
placare. et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi.
ceterum Giton semel ictus tam valde exclamavit, ut Tryphaenae
aures notissima voce repleret. non solum era turbata est, sed
ancillae etiam omnes familiari sono inductae ad vapulantem de-
currunt. iam Giton mirabili forma exarmaverat nautas coepe-
ratque etiam sine voce saevientes rogare, cum ancillae pariter
proclamant: 'Giton est, Giton, inhibete crudelissimas manus;
Giton est, domina, succurre'. deflectit aures Tryphaena iam
sua sponte credentes raptimque ad puerum devolat. Lichas,
qui me optime noverat, tanquam et ipse vocem audisset, accurrit
et nec manus nec faciem meam consideravit, sed continuo ad
inguina mea luminibus deflexis movit officiosam manum et 'salve'
inquit 'Encolpi'. miretur nunc aliquis Vlixis nutricem post
vicesimum annum cicatricem invenisse originis indicem, cum
homo prudentissimus confusis omnibus corporis orisque linea-
mentis ad unicum fugitivi argumentum tam docte pervenerit.
Tryphaena lacrimas effudit decepta supplicio — vera enim stig-
mata credebat captivorum frontibus impressa — sciscitarique
submissius coepit, quod ergastulum intercepisset errantes, aut
cuius tam crudeles manus in hoc supplicium durassent. meruisse
quidem contumeliam aliquam fugitivos, quibus in odium bona
sua venissent

106 concitatus iracundia prosiliit Lichas et 'o te' inquit 'feminam
simplicem, tanquam vulnera ferro praeparata literas biberint.
utinam quidem hac se inscriptione frontis maculassent: habere-

5 nec non eodem ‖ 8 *fortasse* obumbratae ‖ 18 solum ergo ‖ 30 im-
prudentissimus *Scioppius*, pudentissimus *Dousa* | corporis indiciorumque

mus nos extremum solacium. nunc mimicis artibus petiti sumus et adumbrata inscriptione derisi'.

volebat Tryphaena misereri, quia non totam voluptatem perdiderat, sed Lichas memor adhuc uxoris corruptae contumeliarumque, quas in Herculis porticu acceperat, turbato vehementius vultu proclamat: 'deos immortales rerum humanarum agere curam, puto, intellexisti, o Tryphaena. nam imprudentes noxios in nostrum induxere navigium, et quid fecissent, admonuerunt pari somniorum consensu. ita vide, ut possit illis ignosci, quos ad poenam ipse deus deduxit. quod ad me attinet, non sum crudelis, sed vereor, ne quod remisero, patiar'. tam superstitiosa oratione Tryphaena mutata negat se interpellare supplicium, immo accedere etiam iustissimae ultioni. nec se minus grandi vexatam iniuria quam Licham, cuius pudoris dignitas in contione proscripta sit

*

'me, ut puto, hominem non ignotum, elegerunt ad hoc of- 107
ficium [legatum] petieruntque, ut se reconciliarem aliquando amicissimis. nisi forte putatis iuvenes casu in has plagas incidisse, cum omnis vector nihil prius quaerat, quam cuius se diligentiae credat. flectite ergo mentes satisfactione lenitas, et patimini liberos homines ire sine iniuria, quo destinant. saevi quoque implacabilesque domini crudelitatem suam impediunt, si quando paenitentia fugitivos reduxit, et dediticiis hostibus parcimus. quid ultra petitis aut quid vultis? in conspectu vestro supplices iacent iuvenes ingenui, honesti, et quod utroque potentius est, familiaritate vobis aliquando coniuncti. si mehercules intervertissent pecuniam vestram, si fidem proditione laesissent, satiari tamen potuissetis hac poena, quam videtis. servitia ecce in frontibus cernitis et vultus ingenuos voluntaria poenarum lege proscriptos.' interpellavit deprecationem supplicii Lichas et 'noli' inquit 'causam confundere, sed impone singulis modum. ac primum omnium, si ultro venerunt, cur nudavere crinibus capita? vultum enim qui permutat, fraudem parat, non satisfactionem. deinde, si gratiam a legato moliebantur, quid ita omnia fecisti, ut quos tuebaris, absconderes? ex quo apparet casu incidisse noxios in plagas et te artem quaesisse, qua nostrae animadversionis impetum eluderes. nam quod invidiam facis nobis ingenuos honestosque clamando, vide, ne deteriorem facias confidentia causam. quid debent laesi facere, ubi rei ad poenam

---

9 prosit ‖ 14 *conieci* pudor et ‖ 16 *praemissum* Eumolpus | ingratum *Rohdius* ‖ 30 supplicis ‖ 34 *puto* gratiam te legato

confugiunt? at enim amici fuerunt nostri. eo maiora meruerunt supplicia; nam qui ignotos laedit, latro appellatur, qui amicos, paulo minus quam parricida'. resolvit Eumolpos tam iniquam declamationem et 'intellego' inquit 'nihil magis obesse iuvenibus miseris, quam quod nocte deposuerunt capillos: hoc argumento incidisse videntur in navem, non venisse. quod velim tam candide ad aures vestras perveniat; quam simpliciter gestum est. voluerunt enim antequam conscenderent, exonerare capita molesto et supervacuo pondere, sed celerior ventus distulit curationis propositum. nec tamen putaverunt ad rem pertinere, ubi inciperent, quod placuerat ut fieret, quia nec omen nec legem navigantium noverant'. 'quid' inquit Lichas 'attinuit supplices radere? nisi forte miserabiliores calvi solent esse. quamquam quid attinet veritatem per interpretem quaerere? quid dicis tu, latro? quae salamandra supercilia tua exussit? cui deo crinem vovisti? pharmace, responde.'

108 obstupueram ego supplicii metu pavidus, nec quid in re manifestissima dicerem, inveniebam turbatus
et deformis praeter spoliati capitis dedecus superciliorum etiam aequalis cum fronte calvities, ut nihil nec facere deceret nec dicere. ut vero spongia uda facies plorantis detersa est et liquefactum per totum os atramentum omnia scilicet lineamenta fuliginea nube confudit, in odium se ira convertit. negat Eumolpus passurum se, ut quisquam ingenuos contra fas legemque contaminet, interpellatque saevientium minas non solum voce sed etiam manibus. aderat interpellanti mercennarius comes et unus alterque infirmissimus vector, solacia magis litis quam virium auxilia, nec quicquam pro me deprecabar, sed intentans in oculos Tryphaenae manus usurum me viribus meis clara liberaque voce clamavi, ni abstineret a Gitone iniuriam mulier damnata et in toto navigio sola verberanda. accenditur audacia mea iratior Lichas, indignaturque quod ego relicta mea causa tantum pro alio clamo. nec minus Tryphaena contumelia saevit accensa totiusque navigii turbam diducit in partes. hinc mercennarius [tonsor] ferramenta sua nobis et ipse armatus distribuit, illinc Tryphaenae familia nudas expedit manus. ac ne ancillarum quidem clamor aciem destituit, uno tantum gubernatore relicturum se navis ministerium denuntiante, si non desinat rabies libidine perditorum collecta. nihilo minus tamen perseverat dimicantium furor, illis pro ultione, nobis pro vita pu-

---

15 quae sola salamandra | excussit ‖ 20 aequali *et* calvitie *Muncke-rus conectens* deformis *cum* inveniebam

gnantibus. multi ergo utrinque sine morte labuntur, plures cruenti vulneribus referunt veluti ex proelio pedem, nec tamen cuiusquam ira laxatur. tunc fortissimus Giton ad virilia sua admovit novaculam infestam, minatus se abscisurum tot miseriarum causam, inhibuitque Tryphaena tam grande facinus non dissimulata missione. saepius ego cultrum tonsorium super iugulum meum posui, non magis me occisurus, quam Giton, quod minabatur, facturus. audacius tamen ille tragoediam implebat, quia sciebat se illam habere novaculam, qua iam sibi cervicem praeciderat. | stante ergo utraque acie, cum appareret futurum non tralaticium bellum, aegre expugnavit gubernator, ut caduceatoris more Tryphaena indutias faceret. data ergo acceptaque ex more patrio fide praetendit ramum oleae a tutela navigii raptum, atque in colloquium venire ausa

'quis furor' exclamat 'pacem convertit in arma?
quid nostrae meruere manus? non Troius heros
hac in classe vehit decepti pignus Atridae,
nec Medea furens fraterno sanguine pugnat.
sed contemptus amor vires habet. ei mihi fata
hos inter fluctus quis raptis evocat armis?
cui non est mors una satis? ne vincite pontum
gurgitibusque feris alios imponite fluctus.'

haec ut turbato clamore mulier effudit, haesit paulisper acies 109
revocataeque ad pacem manus intermisere bellum. utitur paenitentiae occasione dux Eumolpos et castigato ante vehementissime Licha tabulas foederis signat, quis haec formula erat: 'ex tui animi sententia, ut tu, Tryphaena, neque iniuriam tibi factam a Gitone quereris, neque si quid ante hunc diem factum est, obicies vindicabisve aut ullo alio genere persequendum curabis; ut tu nihil imperabis puero repugnanti, non amplexum, non osculum, non coitum venere constrictum, nisi pro qua re praesentes numeraveris denarios centum. item, Licha, ex tui animi sententia, ut tu Encolpion nec verbo contumelioso insequeris nec vultu, neque quaeres ubi nocte dormiat, aut si quaesieris, pro singulis iniuriis numerabis praesentes denarios ducenos'. in haec verba foederibus compositis arma deponimus | et ne residua in animis etiam post iusiurandum ira remaneret, praeterita aboleri osculis placet. exhortantibus universis odia detumes-

4 infertam | abscissurum ‖ 6 miseratione *Haasius* ‖ 10 non st˜lata-rium *L* ‖ 13 protendit | olivae *nonnulli ex O* ‖ 16 Troius hostis *L*: hospes *Wehlius* ‖ 19 et mihi ‖ 22 immittite *L* ‖ 23 turbata *Richardus* | haesitque *O* ‖ 26 *fortasse* cuius ‖ 28 queraris ‖ 35 ducentos *libri praeter Autissiodurensem*

cunt, epulaeque ad certamen prolatae conciliant hilaritate concordiam. | exsonat ergo cantibus totum navigium, et quia repentina tranquillitas intermiserat cursum, alius exultantes quaerebat fuscina pisces, alius hamis blandientibus convellebat praedam repugnantem. ecce etiam per antennam pelagiae consederant volucres, quas textis harundinibus peritus artifex tetigit. illae viscatis illigatae viminibus deferebantur ad manus. tollebat plumas aura volitantes, pinnasque per maria inanis spuma torquebat.

iam Lichas redire mecum in gratiam coeperat, iam Tryphaena Gitona extrema parte potionis spargebat, cum Eumolpus et ipse vino solutus dicta voluit in calvos stigmososque iaculari, donec consumpta frigidissima urbanitate rediit ad carmina sua coepitque capillorum elegidarion dicere:

'quod solum formae decus est, cecidere capilli,
vernantesque comas tristis abegit hiemps.
nunc umbra nudata sua iam tempora maerent,
areaque attritis ridet adulta pilis.
o fallax natura deum: quae prima dedisti
aetati nostrae gaudia, prima rapis.'
'infelix, modo crinibus nitebas
Phoebo pulchrior et sorore Phoebi.
at nunc levior aere vel rotundo
horti tubere, quod creavit unda,
ridentes fugis et times puellas.
ut mortem citius venire credas,
scito iam capitis perisse partem.'

plura volebat proferre, credo, et ineptiora praeteritis, cum ancilla Tryphaenae Gitona in partem navis inferiorem ducit corymbioque dominae pueri adornat caput. immo supercilia etiam profert de pyxide sciteque iacturae lineamenta secuta totam illi formam suam reddidit. agnovit Tryphaena verum Gitona, lacrimisque turbata tunc primum bona fide puero basium dedit. | ego etiam si repositum in pristinum decorem puerum gaudebam, abscondebam tamen frequentius vultum intellegebamque me non tralaticia deformitate esse insignitum, quem alloquio dignum ne Lichas quidem crederet. sed huic tristitiae eadem illa succurrit ancilla, sevocatumque me non minus decoro exornavit capillamento; immo commendatior vultus enituit, quia flavum corymbion erat

---

1 hilaritate concilium ‖ 3 feriebat *conieci* ‖ 4 compellebat *nonnulli ex O* ‖ 13 in capillos suos *L* ‖ 14 summum *florilegia* ‖ 17 adusta ‖ 23 imber *Iahnius* ‖ 37 evocatumque ‖ 38 flavum] flaucorum

*

9 | ceterum Eumolpos, et periclitantium advocatus et praesentis concordiae auctor, ne sileret sine fabulis hilaritas, multa in muliebrem levitatem coepit iactare: quam facile adamarent, quam cito etiam filiorum obliviscerentur, nullamque esse feminam tam pudicam, quae non peregrina libidine usque ad furorem averteretur. nec se tragoedias veteres curare aut nomina saeculis nota, sed rem sua memoria factam, quam expositurum se esse, si vellemus audire. conversis igitur omnium in se vultibus auribusque sic orsus est:

'matrona quaedam Ephesi tam notae erat pudicitiae, ut vi- 111
cinarum quoque gentium feminas ad spectaculum sui evocaret. haec ergo cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus aut nudatum pectus in conspectu frequentiae plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumque in hypogaeo Graeco more corpus custodire ac flere totis noctibus diebusque coepit. sic afflictantem se ac mortem inedia persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui; magistratus ultimo repulsi abierunt, comploratoque singularis exempli femina ab omnibus quintum iam diem sine alimento trahebat. assidebat aegrae fidissima ancilla, simulque et lacrimas commodabat lugenti, et quotienscunque defecerat positum in monumento lumen renovabat. una igitur in tota civitate fabula erat, solum illud affulsisse verum pudicitiae amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur, cum interim imperator provinciae latrones iussit crucibus affigi secundum illam casulam, in qua recens cadaver matrona deflebat. proxima ergo nocte, cum miles, qui cruces asservabat, ne quis ad sepulturam corpus detraheret, notasset sibi [et] lumen inter monumenta clarius fulgens et gemitum lugentis audisset, vitio gentis humanae concupiit scire, quis aut quid faceret. descendit igitur in conditorium, visaque pulcherrima muliere primo quasi quodam monstro infernisque imaginibus turbatus substitit. deinde ut et corpus iacentis conspexit et lacrimas consideravit faciemque unguibus sectam, ratus scilicet id quod erat, desiderium extincti non posse feminam pati, attulit in monumentum cenulam suam coepitque hortari lugentem, ne perseveraret in dolore supervacuo ac nihil profuturo gemitu pectus diduceret: omnium

---

9 exorsus *nonnulli ex O* ‖ 14 *malo* secuta ‖ 21 quoties *L* ‖ 23 illud] videlicet *nonnulli ex O* ‖ 26 illam eandem casulam *florilegia* ‖ 27 servabat *O* ‖ 28 corpora *L* ‖ 30 aut *om. Reiskius* ‖ 37 ac] aut *codex Guelferbytanus. fortasse* ne gemitu

eundem esse exitum [sed] et idem domicilium, et cetera quibus exulceratae mentes ad sanitatem revocantur. at illa ignota consolatione percussa laceravit vehementius pectus ruptosque crines super corpus iacentis imposuit. non recessit tamen miles, sed eadem exhortatione temptavit dare mulierculae cibum, donec ancilla vini certe ab eo odore corrupta primum ipsa porrexit ad humanitatem invitantis victam manum, deinde refecta potione et cibo expugnare dominae pertinaciam coepit et "quid proderit" inquit "hoc tibi, si soluta inedia fueris, si te vivam sepelieris, si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis?

id cinerem aut manes credis sentire sepultos?

vis tu reviviscere? vis discusso muliebri errore, quam diu licuerit, lucis commodis frui? ipsum te iacentis corpus admonere debet, ut vivas". nemo invitus audit, cum cogitur aut cibum sumere aut vivere. itaque mulier aliquot dierum abstinentia sicca passa est frangi pertinaciam suam, nec minus avide replevit se cibo
112 quam ancilla, quae prior victa est. ceterum scitis, quid plerumque soleat temptare humanam satietatem. quibus blanditiis impetraverat miles, ut matrona vellet vivere, isdem etiam pudicitiam eius aggressus est. nec deformis aut infacundus iuvenis castae videbatur, conciliante gratiam ancilla ac subinde dicente:

"placitone etiam pugnabis amori?

nec venit in mentem, quorum consederis arvis?"

quid diutius moror? ne hanc quidem partem corporis mulier abstinuit, victorque miles utrumque persuasit. iacuerunt ergo una non tantum illa nocte, qua nuptias fecerunt, sed postero etiam ac tertio die, praeclusis videlicet conditorii foribus, ut quisquis ex notis ignotisque ad monumentum venisset, putaret expirasse super corpus viri pudicissimam uxorem. ceterum delectatus miles et forma mulieris et secreto, quicquid boni per facultates poterat, coemebat et prima statim nocte in monumentum ferebat. itaque unius cruciarii parentes ut viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem supremoque mandaverunt officio. at miles circumscriptus dum desidet, ut postero die vidit unam sine cadavere crucem, veritus supplicium, mulieri quid accidisset exponit: nec se expectaturum iudicis sententiam, sed gladio ius dicturum ignaviae suae. commodaret ergo illa perituro

---

1 eandem esse sedem, idem *sic fere Bernensis* ‖ 4 super pectus ‖ 6 certe ab eo *aut* certū abeo *quod in O legebatur omisit L*: nectareo *I. F. Gronovius* ‖ 11 curare *secundum Vergilium libri pauci* ‖ 13 debet] potest *L* ‖ 23 *omittit florilegium* ‖ 28 putasset ‖ 32 cruciati *Iohannes Saresberiensis* ‖ 34 residet *O* ‖ 37 ergo] modo *libri optimi*

locum et fatale conditorium familiari ac viro faceret. mulier non minus misericors quam pudica "ne istud" inquit "dii sinant, ut eodem tempore duorum mihi carissimorum hominum duo funera spectem. malo mortuum impendere quam vivum occidere". secundum hanc orationem iubet ex arca corpus mariti sui tolli atque illi, quae vacabat, cruci affigi. usus est miles ingenio prudentissimae feminae, posteroque die populus miratus est, qua ratione mortuus isset in crucem.'

risu excepere fabulam nautae, [et] erubescente non mediocriter Tryphaena vultumque suum super cervicem Gitonis amabiliter ponente. at non Lichas risit, sed iratum commovens caput 'si iustus' inquit 'imperator fuisset, debuit patris familiae corpus in monumentum referre, mulierem affigere cruci'. 113

non dubie redierat in animum Hedyle expilatumque libidinosa migratione navigium. sed nec foederis verba permittebant meminisse, nec hilaritas, quae occupaverat mentes, dabat iracundiae locum. ceterum Tryphaena in gremio Gitonis posita modo implebat osculis pectus, interdum concinnabat spoliatum crinibus vultum. | ego maestus et impatiens foederis novi non cibum, non potionem capiebam, sed obliquis trucibusque oculis utrumque spectabam. omnia me oscula vulnerabant, omnes blanditiae, quascunque mulier libidinosa fingebat. nec tamen adhuc sciebam, utrum magis puero irascerer, quod amicam mihi auferret, an amicae, quod puerum corrumperet: utraque inimicissima oculis meis et captivitate praeterita tristiora. accedebat huc, quod neque Tryphaena me alloquebatur tanquam familiarem et aliquando gratum sibi amatorem, nec Giton me aut tralaticia propinatione dignum iudicabat, aut quod minimum est, sermone communi vocabat, credo, veritus ne inter initia coeuntis gratiae recentem cicatricem rescinderet. inundavere pectus lacrimae dolore paratae, gemitusque suspirio tectus animam paene submovit

*

in partem voluptatis temptabat admitti, nec domini supercilium induebat, sed amici quaerebat obsequium

*

'si quid ingenui sanguinis habes, non pluris illam facies, quam scortum. si vir fueris, non ibis ad spintriam'

---

1 contubernium *flagitatur nisi periit vocabulum* ‖ 2 nec ‖ 3 hominum duo *omisit L* ‖ 14 hedile ‖ 16 praeoccupaverat *libri multi* ‖ 35 *praemissa* ancilla Tryphaenae ad Encolpium ‖ 36 sportam | ad spuicam *vel* spuitam

*

me nihil magis pungebat, quam ne Eumolpus sensisset, quic- 1
quid illud fuerat, et homo dicacissimus carminibus vindicaret

*

iurat Eumolpus verbis conceptissimis

*

114 dum haec taliaque iactamus, inhorruit mare nubesque undique adductae obruere tenebris diem. discurrunt nautae ad officia trepidantes velaque tempestati subducunt. sed nec certos fluctus ventus impulerat, nec quo destinaret cursum, gubernator sciebat. Siciliam modo ventus dabat, saepissime [in oram] Italici litoris aquilo possessor convertebat huc illuc obnoxiam ratem, et quod omnibus procellis periculosius erat, tam spissae repente tenebrae lucem suppresserant, ut ne proram quidem totam gubernator videret. itaque hercules postquam manifesta * convaluit, Lichas trepidans ad me supinas porrigit manus et 'tu' inquit 'Encolpi, succurre periclitantibus et vestem illam divinam sistrumque redde navigio. per fidem, miserere, quemadmodum quidem soles'.

et illum quidem vociferantem in mare ventus excussit, repetitumque infesto gurgite procella circumegit atque hausit. Tryphaenam autem prope iam fidelissimi rapuerunt servi, scaphaeque impositam cum maxima sarcinarum parte abduxere certissimae morti

applicitus cum clamore flevi et 'hoc' inquam 'a diis meruimus, ut nos sola morte coniungerent? sed non crudelis fortuna concedit. ecce iam ratem fluctus evertet, ecce iam amplexus amantium iratum dividet mare. igitur, si vere Encolpion dilexisti, da oscula, dum licet, *et* ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape'. haec ut ego dixi, Giton vestem deposuit, meaque tunica contectus exeruit ad osculum caput. et ne sic cohaerentes malignior fluctus distraheret, utrumque zona circumvenienti praecinxit et 'si nihil aliud, certe diutius' inquit 'iunctos nos mare feret, vel si voluerit misericors ad idem litus expellere, aut praeteriens aliquis tralaticia humanitate lapidabit, aut quod ultimum est iratis etiam fluctibus, imprudens harena componet'. patior

---

1 pudebat ‖ 6 certus *Iungermannus* ‖ 8 in oram *una habet Tornaesiana: non videntur haec integra, temptavimus* notus dabat, saepius in mare ‖ 9 partem ‖ 12 hercules] *latere* periculi *vocabulum puto, quamquam sententiae sufficiunt haec* postquam maris ira infesta convaluit ‖ 14 et] id est ‖ 16 *fortasse* solebas ‖ 17 *conieci* abreptumque ‖ 23 sed ne hoc quidem *Burmannus* ‖ 25 ad oscula | 30 iuncta nos mors

Lego vinculum extremum, et veluti lecto funebri aptatus expecto mortem iam non molestam. peragit interim tempestas mandata fatorum omnesque reliquias navis expugnat. non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis aut remus, sed quasi rudis atque infecta materies ibat cum fluctibus

*

procurrere piscatores parvulis expediti navigiis ad praedam rapiendam. deinde ut aliquos viderunt, qui suas opes defenderent, mutaverunt crudelitatem in auxilium

*

audimus murmur insolitum et sub diaeta magistri quasi cupientis exire beluae gemitum. persecuti igitur sonum invenimus Eumolpum sedentem membranaeque ingenti versus ingerentem. mirati ergo, quod illi vacaret in vicinia mortis poema facere, extrahimus clamantem iubemusque bonam habere mentem. at ille interpellatus excanduit et 'sinite me' inquit 'sententiam explere; laborat carmen in fine'. inicio ego phrenitico manum iubeoque Gitona accedere et in terram trahere poetam mugientem 115

*

hoc opere tandem elaborato casam piscatoriam subimus maerentes, cibisque naufragio corruptis utcunque curati tristissimam exegimus noctem. postero die, cum poneremus consilium, cui nos regioni crederemus, repente video corpus humanum circumactum levi vertice ad litus deferri. substiti ergo tristis coepique umentibus oculis maris fidem inspicere et 'hunc forsitan' proclamo 'in aliqua parte terrarum secura expectat uxor, forsitan ignarus tempestatis filius aut pater; utique reliquit aliquem, cui proficiscens osculum dedit. haec sunt consilia mortalium, haec vota magnarum cogitationum. en homo quemadmodum natat'. adhuc tanquam ignotum deflebam, cum inviolatum os fluctus convertit in terram, agnovique terribilem paulo ante et implacabilem Licham pedibus meis paene subiectum. non tenui igitur diutius lacrimas, immo percussi semel iterumque manibus pectus et 'ubi nunc est' inquam 'iracundia tua, ubi impotentia tua? nempe piscibus beluisque expositus es, et qui paulo ante iactabas vires imperii tui, de tam magna nave ne tabulam quidem naufragus habes. ite nunc mortales, et magnis cogitationibus pectora implete. ite cauti, et opes fraudibus captas per mille annos disponite. nempe hic proxima luce patri-

---

8 cupiditatem *Iacobsius* ‖ 16 portam *vel* porcam ‖ 20 *fortasse* iniremus ‖ 23 viventibus ‖ 25 patrem *quo servato* aut *delet Segebadius*

monii sui rationes inspexit, nempe diem etiam, quo venturus esset in patriam, animo suo fixit. dii deaeque, quam longe a destinatione sua iacet. sed non sola mortalibus maria hanc fidem praestant. illum bellantem arma decipiunt, illum diis vota reddentem penatium suorum ruina sepelit. ille vehiculo lapsus properantem spiritum excussit, cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. si bene calculum ponas, ubique naufragium est. at enim fluctibus obruto non contingit sepultura. tanquam intersit, periturum corpus quae ratio consumat, ignis an fluctus an mora. quicquid feceris, omnia haec eodem ventura sunt. ferae tamen corpus lacerabunt. tanquam melius ignis accipiat; immo hanc poenam gravissimam credimus, ubi servis irascimur. quae ergo dementia est, omnia facere, ne quid de nobis relinquat sepultura?' L

*

et Licham quidem rogus inimicis collatus manibus adolebat. Eumolpus autem dum epigramma mortuo facit, oculos ad arcessendos sensus longius mittit

*

116 hoc peracto libenter officio destinatum carpimus iter ac momento temporis in montem sudantes conscendimus, ex quo haud procul impositum arce sublimi oppidum cernimus. nec quod esset, sciebamus errantes, donec a vilico quodam Crotona esse cognovimus, urbem antiquissimam et aliquando Italiae primam. cum deinde diligentius exploraremus, qui homines inhabitarent nobile solum, quodve genus negotiationis praecipue probarent post attritas bellis frequentibus opes, 'o mi' inquit 'hospites, si negotiatores estis, mutate propositum aliudque vitae praesidium quaerite. sin autem urbanioris notae homines sustinetis semper mentiri, recta ad lucrum curritis. in hac enim urbe non literarum studia celebrantur, non eloquentia locum habet, non frugalitas sanctique mores laudibus ad fructum perveniunt, sed quoscunque homines in hac urbe videritis, scitote in duas partes esse divisos. nam aut captantur aut captant. in hac urbe nemo liberos tollit, quia quisquis suos heredes habet, non ad cenas, non ad spectacula admittitur, sed omnibus prohibetur commodis, inter ignominiosos latitat. qui vero nec uxores unquam duxerunt nec proximas necessitudines habent, ad summos honores perveniunt, id est soli militares, soli fortissimi atque etiam innocentes habentur. adibitis' inquit 'oppidum

2 finxit ‖ 8 contigit ‖ 13 e nobis ‖ 19 *potius* escendimus ‖ 20 *conieci* suppositum arci ‖ 34 scenas ‖ 37 hii soli *apographon Memmianum* ‖ 38 audebitis | *fortasse* itaque

L tanquam in pestilentia campos, in quibus nihil aliud est nisi cadavera, quae lacerantur, aut corvi, qui lacerant'

*

prudentior Eumolpus convertit ad novitatem rei mentem 117
genusque divinationis sibi non displicere confessus est. iocari ego senem poetica levitate credebam, cum ille 'utinam quidem sufficeret largior scaena, id est vestis humanior, instrumentum lautius, quod praeberet mendacio fidem: non mehercules penam istam differrem, sed continuo vos ad magnas opes ducerem. atquin promitto, quicquid exigeret, dummodo placeret vestis, rapinae comes, et quicquid Lycurgi villa grassantibus praebuisset. nam nummos in praesentem usum deum matrem pro fide sua reddituram'

'quid ergo' inquit Eumolpus 'cessamus mimum componere? facite ergo me dominum, si negotiatio placet.' nemo ausus est artem damnare nihil auferentem. itaque ut duraret inter omnes tutum mendacium, in verba Eumolpi sacramentum iuravimus: uri, vinciri, verberari ferroque necari, et quicquid aliud Eumolpus iussisset. tanquam legitimi gladiatores domino corpora animasque religiosissime addicimus. post peractum sacramentum serviliter ficti dominum consalutamus, elatumque ab Eumolpo filium pariter condiscimus, iuvenem ingentis eloquentiae et spei, ideoque de civitate sua miserrimum senem exisse, ne aut clientes sodalesque filii sui aut sepulcrum quotidie causam lacrimarum cerneret. accessisse huic tristitiae proximum naufragium, quo amplius vicies sestertium amiserit; nec illum iactura moveri, sed destitutum ministerio non agnoscere dignitatem suam. praeterea habere in Africa trecenties sestertium fundis nominibusque depositum; nam familiam quidem tam magnam per agros Numidiae esse sparsam, ut possit vel Carthaginem capere. secundum hanc formulam imperamus Eumolpo, ut plurimum tussiat, ut sit modo solutioris stomachi cibosque omnes palam damnet; loquatur aurum et argentum fundosque mendaces et perpetuam terrarum sterilitatem; sedeat praeterea quotidie ad rationes tabulasque testamenti omnibus *mensibus* renovet. et ne quid scaenae deesset, quotiescunque aliquem nostrum vocare temptasset, alium pro alio vocaret, ut facile appareret dominum etiam eorum meminisse, qui praesentes non essent.

---

5 quidem] *inserendum* inquit ‖ 7 latius | spem *Iacobsius*, rapinam *ego conieci* ‖ 9 exigere *correctum in Scaligerano: conieci* exigeret duce me, modo ‖ 21 condicimus ‖ 31 modo] *intercidit aliquid, fortasse* modo adstrictioris ‖ 33 felicitatem *Scaligeranus*

his ita ordinatis, 'quod bene feliciterque eveniret' precati *L*
deos viam ingredimur. sed neque Giton sub insolito fasce durabat, et mercennarius Corax, detrectator ministerii, posita frequentius sarcina male dicebat properantibus affirmabatque se aut proiecturum sarcinas aut cum onere fugiturum. 'quid vos' inquit 'iumentum me putatis esse aut lapidariam navem? hominis operas locavi, non caballi. nec minus liber sum quam vos, etiam si pauperem pater me reliquit.' nec contentus maledictis tollebat subinde altius pedem et strepitu obsceno simul atque odore viam implebat. ridebat contumaciam Giton et singulos crepitus eius pari clamore prosequebatur

*

118 | ‚multos [inquit Eumolpus, o] iuvenes carmen decepit. nam *LO*
ut quisque versum pedibus instruxit sensumque teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo in Heliconem venisse. sic forensibus ministeriis exercitati frequenter ad carminis tranquillitatem tanquam ad portum feliciorem refugerunt, credentes facilius poema extrui posse, quam controversiam sententiolis vibrantibus pictam. ceterum neque generosior spiritus vanitatem amat, neque concipere aut edere partum mens potest nisi ingenti flumine literarum inundata. refugiendum est ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate et sumendae voces a plebe semotae, ut fiat "odi profanum vulgus et arceo". praeterea curandum est, ne sententiae emineant extra corpus orationis expressae, sed intexto vestibus colore niteant. Homerus testis et lyrici Romanusque Vergilius et Horatii curiosa felicitas. ceteri enim aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut visam timuerunt calcare. ecce belli civilis ingens opus quisquis attigerit, nisi plenus literis, sub onere labetur. non enim res gestae versibus comprehendendae sunt, quod longe melius historici faciunt, sed per ambages deorumque ministeria et fabulosum sententiarum tormentum praecipitandus est liber spiritus, ut potius furentis animi vaticinatio appareat quam religiosae orationis sub testibus fides: tanquam si placet hic impetus, etiam si nondum recepit ultimam manum'

*

119 'orbem iam totum victor Romanus habebat,
qua mare, qua terrae, qua sidus currit utrumque.
nec satiatus erat. gravidis freta pulsa carinis

---

10 strepitus ‖ 12 multos nimirum carmen *florilegia,* inquit Eumolpus *om. L* ‖ 13 teneriore *Bernensis* ‖ 16 faciliorem ‖ 19 sanitatem | conspici ‖ 20 inundanter effugiendum (inundata *fortasse L*) ‖ 22 summotae ‖ 24 versibus *libri plerique* ‖ 25 *fortasse* testis est et ‖ 26 aut versum

LO iam peragebantur; si quis sinus abditus ultra,
si qua foret tellus, quae fulvum mitteret aurum,
hostis erat, fatisque in tristia bella paratis
quaerebantur opes. non vulgo nota placebant
gaudia, non usu plebeio trita voluptas.
aes Ephyreiacum laudabat miles in unda;
quaesitus tellure nitor certaverat ostro;
hinc Numidae accusant, illinc nova vellera Seres,
atque Arabum populus sua despoliaverat arva.
ecce aliae clades et laesae vulnera pacis.
quaeritur in silvis auro fera, et ultimus Hammon
Afrorum excutitur, ne desit belua dente
ad mortes pretiosa; fames premit advena classes,
tigris et aurata gradiens vectatur in aula,
ut bibat humanum populo plaudente cruorem.
heu, pudet effari perituraque prodere fata,
Persarum ritu male pubescentibus annis
surripuere viros exsectaque viscera ferro
in venerem fregere, atque ut fuga nobilis aevi
circumscripta mora properantes differat annos,
quaerit se natura nec invenit. omnibus ergo
scorta placent fractique enervi corpore gressus
et laxi crines et tot nova nomina vestis,
quaeque virum quaerunt. ecce Afris eruta terris
ponitur ac maculis imitatur vilius aurum
citrea mensa greges servorum ostrumque renidens,
quae sensum trahat. hoc sterile ac male nobile lignum
turba sepulta mero circum venit, omniaque orbis
praemia corruptis miles vagus esurit armis.
ingeniosa gula est. Siculo scarus aequore mersus
ad mensam vivus perducitur, atque Lucrinis
eruta litoribus vendunt conchylia cenas,
ut renovent per damna famem. iam Phasidos unda
orbata est avibus, mutoque in litore tantum
solae desertis adspirant frondibus aurae.
nec minor in campo furor est, emptique Quirites
ad praedam strepitumque lucri suffragia vertunt.
venalis populus, venalis curia patrum,

---

9 epyrecum ‖ 11 accusatius *O:* Numidae crustas *Scaliger* ‖ 14 circo *H. Stephanus* ‖ 17 aerata *Brouckhusius* ‖ 19 facta *Burmannus* ‖ 21 exactaque *O* ‖ 22 mobilis *codex Monacensis. puto* nubilis | aevo *O* ‖ 29 vilibus ‖ 28 aurea ‖ 30 trahant ‖ 32 correptis | extruit *nonnulli ex O* ‖ 37 cantum *Palmerius*

est favor in pretio. senibus quoque libera virtus
exciderat, sparsisque opibus conversa potestas
ipsaque maiestas auro corrupta iacebat.
pellitur a populo victus Cato; tristior ille est,
qui vicit, fascesque pudet rapuisse Catoni.
namque — hoc dedecoris populo morumque ruina —
non homo pulsus erat, sed in uno victa potestas
Romanumque decus. quare tam perdita Roma
ipsa sui merces erat et sine vindice praeda.
praeterea gemino deprensam gurgite plebem
faenoris illuvies ususque exederat aeris.
nulla est certa domus, nullum sine pignore corpus,
sed veluti tabes tacitis concepta medullis
intra membra furens curis latrantibus errat.
arma placent miseris, detritaque commoda luxu
vulneribus reparantur. inops audacia tuta est.
hoc mersam caeno Romam somnoque iacentem
quae poterant artes sana ratione movere,
ni furor et bellum ferroque excita libido?
120 tres tulerat Fortuna duces, quos obruit omnes
armorum strue diversa feralis Enyo.
Crassum Parthus habet, Libyco iacet aequore Magnus,
Iulius ingratam perfudit sanguine Romam,
et quasi non posset tot tellus ferre sepulcra,
divisit cineres. hos gloria reddit honores.
est locus exciso penitus demersus hiatu
Parthenopen inter magnaeque Dicarchidos arva,
Cocyti perfusus aqua; nam spiritus, extra
qui furit effusus, funesto spargitur aestu.
non haec autumno tellus viret aut alit herbas
caespite laetus ager, non verno persona cantu
mollia discordi strepitu virgulta locuntur,
sed chaos et nigro squalentia pumice saxa
gaudent ferali circum tumulata cupressu.
has inter sedes Ditis pater extulit ora
bustorum flammis et cana sparsa favilla,
ac tali volucrem Fortunam voce lacessit:
"rerum humanarum divinarumque potestas,
Fors, cui nulla placet nimium secura potestas,
quae nova semper amas et mox possessa relinquis,

---

47 *delebat Brouckhusius* ‖ 51 gurgite praedam ‖ 60 excisa ‖ 65 tellus tot *Bernensis* ‖ 69 Cocytia ‖ 70 iurit *Bernensis: an* sulpuris?

LO ecquid Romano sentis te pondere victam,
nec posse ulterius perituram extollere molem?
ipsa suas vires odit Romana iuventus
et quas struxit opes, male sustinet. aspice late
luxuriam spoliorum et censum in damna furentem.
aedificant auro sedesque ad sidera mittunt,
expelluntur aquae saxis, mare nascitur arvis,
et permutata rerum statione rebellant.
en etiam mea regna petunt. perfossa dehiscit
molibus insanis tellus, iam montibus haustis
antra gemunt, et dum vanos lapis invenit usus,
inferni manes caelum sperare fatentur.
quare age, Fors, muta pacatum in proelia vultum
Romanosque cie ac nostris da funera regnis.
iam pridem nullo perfundimus ora cruore,
nec mea Tisiphone sitientis perluit artus,
ex quo Sullanus bibit ensis et horrida tellus
extulit in lucem nutritas sanguine fruges".
haec ubi dicta dedit, dextrae coniungere dextram 121
conatus rupto tellurem solvit hiatu.
tunc Fortuna levi defudit pectore voces:
"o genitor, cui Cocyti penetralia parent,
si modo vera mihi fas est impune profari,
vota tibi cedent; nec enim minor ira rebellat
pectore in hoc leviorque exurit flamma medullas.
omnia, quae tribui Romanis arcibus, odi
muneribusque meis irascor. destruet istas
idem, qui posuit, moles deus. et mihi cordi
quippe cremare viros et sanguine pascere luxum.
cerno equidem gemina iam stratos morte Philippos
Thessaliaeque rogos et funera gentis Hiberae.
iam fragor armorum trepidantes personat aures.
et Libyae cerno tua, Nile, gementia claustra
Actiacosque sinus et Apollinis arma timentes.
pande, age, terrarum sitientia regna tuarum
atque animas accerse novas. vix navita Porthmeus
sufficiet simulacra virum traducere cumba;
classe opus est. tuque ingenti satiare ruina,

---

92 vanus *O* varios *L* | usum *O* || 93 iubentur *fortasse L* || 95 acie *Guelferbytanus* || 106 leviorve *Pithoeus* || 109 est mihi *Sambucus* || 110 armare *I. F. Gronovius* || 111 gemino *et* Marte *Tornaesiana* || 113 *post* 115 *collocabat Suringarus. quo facto iungenda* Hiberae et Libyae: cerno

pallida Tisiphone, concisaque vulnera mande: *L*
ad Stygios manes laceratus ducitur orbis".
122 vixdum finierat, cum fulgure rupta corusco
intremuit nubes elisosque abscidit ignes.
subsedit pater umbrarum, gremioque reducto
telluris pavitans fraternos palluit ictus.
continuo clades hominum venturaque damna
auspiciis patuere deum. namque ore cruento
deformis Titan vultum caligine texit:
civiles acies iam tum spectare putares.
parte alia plenos extinxit Cynthia vultus
et lucem sceleri subduxit. rupta tonabant
verticibus lapsis montis iuga, nec vaga passim
flumina per notas ibant morientia ripas.
armorum strepitu caelum furit et tuba Martem
sideribus tremefacta ciet, iamque Aetna voratur
ignibus insolitis et in aethera fulmina mittit.
ecce inter tumulos atque ossa carentia bustis
umbrarum facies diro stridore minantur.
fax stellis comitata novis incendia ducit,
sanguineoque recens descendit Iuppiter imbre.
haec ostenta brevi solvit deus. exuit omnes
quippe moras Caesar, vindictaeque actus amore
Gallica proiecit, civilia sustulit arma.
Alpibus aeriis, ubi Graio numine pulsae
descendunt rupes et se patiuntur adiri,
est locus Herculeis aris sacer: hunc nive dura
claudit hiemps canoque ad sidera vertice tollit.
caelum illinc cecidisse putes: non solis adulti
mansuescit radiis, non verni temporis aura,
sed glacie concreta rigent hiemisque pruinis:
totum ferre potest umeris minitantibus orbem.
haec ubi calcavit Caesar iuga milite laeto
optavitque locum, summo de vertice montis
Hesperiae campos late prospexit et ambas
intentans cum voce manus ad sidera dixit:
"Iuppiter omnipotens, et te, Saturnia tellus,
armis laeta meis olimque onerata triumphis,
testor, ad has acies invitum accersere Martem,

---

120 conscissaque *pars librorum* ‖ 125 polluit ‖ 128 titubans ‖ 129 spirare (spitare *primo Bernensis*) ‖ 138 minatur ‖ 144 nomine ‖ 148 illic sedisse *I. F. Gronovius* | adusti ‖ 150 riget *Bernensis,* rigens *ceteri* ‖ 151 immanibus *vel* nitentibus *Schraderus* ‖ 153 oravitque ‖ 156 tu *L* eu *O*

LO invitas me ferre manus. sed vulnere cogor,
pulsus ab urbe mea, dum Rhenum sanguine tinguo,
dum Gallos iterum Capitolia nostra petentes
Alpibus excludo, vincendo certior exul.
sanguine Germano sexagintaque triumphis
esse nocens coepi. quanquam quos gloria terret,
aut qui sunt qui bella vident? mercedibus emptae
ac viles operae, quorum est mea Roma noverca.
at reor, haud impune, nec hanc sine vindice dextram
vinciet ignavus. victores ite furentes,
ite mei comites, et causam dicite ferro.
namque omnes unum crimen vocat, omnibus una
impendet clades. reddenda est gratia vobis,
non solus vici. quare, quia poena tropaeis
imminet et sordes meruit victoria nostra,
iudice Fortuna cadat alea. ✓sumite bellum
et temptate manus. certe mea causa peracta est:
inter tot fortes armatus nescio vinci."
haec ubi personuit, de caelo Delphicus ales
omina laeta dedit pepulitque meatibus auras.
nec non horrendi nemoris de parte sinistra
insolitae voces flamma sonuere sequenti.
ipse nitor Phoebi vulgato laetior orbe
crevit et aurato praecinxit fulgure vultus.
fortior ominibus movit Mavortia signa 123
Caesar et insolitos gressu prior occupat ausus.
prima quidem glacies et cana vincta pruina
non pugnavit humus mitique horrore quievit.
sed postquam turmae nimbos fregere ligatos
et pavidus quadrupes undarum vincula rupit,
incaluere nives. mox flumina montibus altis
undabant modo nata, sed haec quoque — iussa putares —
stabant, et vincta fluctus stupuere ruina,
et paulo ante lues iam concidenda iacebat.
tum vero male fida prius vestigia lusit
decepitque pedes; pariter turmaeque virique
armaque congesta strue deplorata iacebant.
ecce etiam rigido concussae flamine nubes
exonerabantur, nec rupti turbine venti
derant aut tumida confractum grandine caelum.

160 vinco ‖ 165 cient *Reiskius* ‖ 167 ut reor ‖ 168 ferentes ‖ 170 notat *Schraderus* ‖ 184 insolito | haustus *O* ‖ 188 gravidus *Schraderus* ‖ 191 pruina ‖ 197 rupto *Monacensis* ‖ 198 contractum *Schraderus*

ipsae iam nubes ruptae super arma cadebant,
et concreta gelu ponti velut unda ruebat.
victa erat ingenti tellus nive victaque caeli
sidera, victa suis haerentia flumina ripis;
nondum Caesar erat, sed magnam nixus in hastam
horrida securis frangebat gressibus arva,
qualis Caucasea decurrens arduus arce
Amphitryoniades, aut torvo Iuppiter ore,
cum se verticibus magni demisit Olympi
et perituroruṁ disiecit tela Gigantum.
dum Caesar tumidas iratus deprimit arces,
interea volucris motis conterrita pennis
Fama volat summique petit iuga celsa Palati
atque hoc Romano tonitru ferit omnia signa:
iam classes fluitare mari totasque per Alpes
fervere Germano perfusas sanguine turmas.
arma, cruor, caedes, incendia totaque bella
ante oculos volitant. ergo pulsata tumultu
pectora perque duas scinduntur territa causas.
huic fuga per terras, illi magis unda probatur
et patria pontus iam tutior. est magis arma
qui temptare velit fatisque iubentibus uti.
quantum quisque timet, tantum fugit. ocior ipse
hos inter motus populus, miserabile visu,
quo mens icta iubet, deserta ducitur urbe.
gaudet Roma fuga, debellatique Quirites
rumoris sonitu maerentia tecta relinquunt.
ille manu pavida natos tenet, ille penates
occultat gremio deploratumque relinquit
limen et absentem votis interficit hostem.
sunt qui coniugibus maerentia pectora iungant,
grandaevosque patres onerisque ignara iuventus
id pro quo metuit, tantum trahit. omnia secum
hic vehit imprudens praedamque in proelia ducit:
ac velut ex alto cum magnus inhorruit auster
et pulsas evertit aquas, non arma ministris,
non regimen prodest, ligat alter pondera pinus,
alter tuta sinus tranquillaque litora quaerit:

---

200 umbra *O* ‖ 208 deiecit ‖ 210 volucer ‖ 212 Romanos *Bouherius. quo probato temptavi* obvia ‖ 221 *ante* 231 *Vahlenus posuit* | fugit ocior ipso *Moesslerus* ‖ 229 pignora *Stewechius* ‖ 230 *conieci* parens | umeris fert gnava *Iunius et Vahlenus* ‖ 234 magistris *Colladonius* ‖ 236 sinu

hic dat vela fugae Fortunaeque omnia credit.
quid tam parva queror? gemino cum consule Magnus,
ille tremor Ponti saevique repertor Hydaspis
et piratarum scopulus, modo quem ter ovantem
Iuppiter horruerat, quem fracto gurgite Pontus
et veneratus erat submissa Bosporos unda,
pro pudor, imperii deserto nomine fugit,
ut Fortuna levis Magni quoque terga videret.
ergo tanta lues divum quoque numina vicit, 124
consensitque fugae caeli timor. ecce per orbem
mitis turba deum terras exosa furentes
deserit atque hominum damnatum avertitur agmen.
Pax prima ante alias niveos pulsata lacertos
abscondit galea victum caput atque relicto
orbe fugax Ditis petit implacabile regnum.
huic comes it submissa Fides et crine soluto
Iustitia ac maerens lacera Concordia palla.
at contra, sedes Erebi qua rupta dehiscit,
emergit late Ditis chorus, horrida Erinys
et Bellona minax facibusque armata Megaera
Letumque Insidiaeque et lurida Mortis imago.
quas inter Furor, abruptis ceu liber habenis,
sanguineum late tollit caput oraque mille
vulneribus confossa cruenta casside velat.
haeret detritus laevae Mavortius umbo
innumerabilibus telis gravis, atque flagranti
stipite dextra minax terris incendia portat.
sentit terra deos mutataque sidera pondus
quaesivere suum; namque omnis regia caeli
in partes diducta ruit. primumque Dione
Caesaris acta sui ducit, comes additur illi
Pallas et ingentem quatiens Mavortius hastam.
Magnum cum Phoebo soror et Cyllenia proles
excipit ac totis similis Tirynthius actis.
intremuere tubae ac scisso Discordia crine
extulit ad superos Stygium caput. huius in ore
concretus sanguis, contusaque lumina flebant:
stabant aerati scabra rubigine dentes,
tabo lingua fluens, obsessa draconibus ora,
atque intertorto laceratam pectore vestem

239 Parthi *conieci* ‖ 241 ornarat *Schraderus* ‖ 245 vidit ‖ 250 palla *Schraderus* ‖ 267 arma *Passernatius* ‖ 269 magnaque cum ‖ 271 ac *om. codex Parisinus 8049* ‖ 273 *fortasse* fletu ‖ 274 irati

sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.
haec ut Cocyti tenebras et Tartara liquit,
alta petit gradiens iuga nobilis Appennini,
unde omnes terras atque omnia litora posset
aspicere ac toto fluitantes orbe catervas,
atque has erumpit furibundo pectore voces:
"sumite nunc gentes accensis mentibus arma,
sumite et in medias immittite lampadas urbes.
vincetur, quicunque latet; non femina cesset,
non puer aut aevo iam desolata senectus;
ipsa tremat tellus laceratque tecta rebellent.
tu legem, Marcelle, tene. tu concute plebem,
Curio. tu fortem ne supprime, Lentule, Martem.
quid porro tu, dive, tuis cunctaris in armis,
non frangis portas, non muris oppida solvis
thesaurosque rapis? nescis tu, Magne, tueri
Romanas arces? Epidamni moenia quaere
Thessalicosque sinus humano sanguine tingue".
factum est in terris, quicquid Discordia iussit'

*

cum haec Eumolpos ingenti volubilitate verborum effu
disset, tandem Crotona intravimus. ubi quidem parvo deversori
refecti, postero die amplioris fortunae domum quaerentes incidi
mus in turbam heredipetarum sciscitantium, quod genus homi
num aut unde veniremus. ex praescripto ergo consilii communi
exaggerata verborum volubilitate, unde aut qui essemus, hau
dubie credentibus indicavimus. | qui statim opes suas summ
cum certamine in Eumolpum congesserunt.

certatim omnes heredipetae muneribus gratiam Eumolp
sollicitant

*

dum haec magno tempore Crotone aguntur
et Eumolpus felicitate plenus prioris fortunae esset oblitus sta
tum adeo, ut suis iactaret, neminem gratiae suae ibi poss
resistere impuneque suos, si quid deliquissent in ea urbe, bene
ficio amicorum laturos. ceterum ego, etsi quotidie magis magisqu
superfluentibus bonis saginatum corpus impleveram putabam
que a custodia mei removisse vultum Fortunam, tamen sae
pius tam consuetudinem meam cogitabam quam causam, et 'quid

277 sanguinea tremulam *Sambucus* ‖ 293 acies | nomina *O* ‖ 29
Romano *Cornelissen* ‖ 2 quidem] *haec et proxima depravata ab epito matore, velut hic* primum in *corrigendum*, 6 *resecanda quinque voca bula* ‖ 13 suis] subinde *Iacobsius*, saepius *ego* ‖ 17 tum *Scaligeranus*

aiebam 'si callidus captator exploratorem in Africam miserit mendaciumque deprehenderit nostrum? quid, si etiam mercennarius [Eumolpi] praesenti felicitate lassus indicium ad amicos detulerit totamque fallaciam invidiosa proditione detexerit? nempe rursus fugiendum erit et tandem expugnata paupertas nova mendicitate revocanda. dii deaeque, quam male est extra legem viventibus: quicquid meruerunt, semper expectant'

*

'quia nosti venerem tuam, superbiam captas vendisque amplexus, non commodas. quo enim spectant flexae pectine comae, quo facies medicamine attrita et oculorum quoque mollis petulantia, quo incessus arte compositus et ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia, nisi quod formam prostituis, ut vendas? vides me: nec auguria novi nec mathematicorum caelum curare soleo, ex vultibus tamen hominum mores colligo, et cum spatiantem vidi, quid cogitet scio. sive ergo nobis vendis quod peto, mercator paratus est, sive quod humanius est, commodas, effice ut beneficium debeamus. nam quod servum te et humilem fateris, accendis desiderium aestuantis. quaedam enim feminae sordibus calent, nec libidinem concitant, nisi aut servos viderint aut statores altius cinctos. harena alias accendit aut perfusus pulvere mulio aut histrio scaenae ostentatione traductus. ex hac nota domina est mea: usque ab orchestra quattuordecim transilit et in extrema plebe quaerit quod diligat.' 126

itaque oratione blandissima plenus 'rogo' inquam 'numquid illa, quae me amat, tu es?' multum risit ancilla post tam frigidum schema et 'nolo' inquit 'tibi tam valde placeas. ego adhuc servo nunquam succubui, nec hoc dii sinant, ut amplexus meos in crucem mittam. viderint matronae, quae flagellorum vestigia osculantur; ego etiam si ancilla sum, nunquam tamen nisi in equestribus sedeo'. mirari equidem tam discordem libidinem coepi atque inter monstra numerare, quod ancilla haberet matronae superbiam et matrona ancillae humilitatem.

| procedentibus deinde longius iocis rogavi ancillam, ut in platanona perduceret dominam. placuit puellae consilium. itaque collegit altius tunicam flexitque se in eum daphnona, qui ambulationi haerebat. nec diu morata dominam producit e latebris laterique meo applicat, mulierem omnibus simulacris emendatiorem. nulla vox est quae formam eius possit comprehendere,

---

8 *adiectum* Chrysis ancilla Circes ad Polyaenum ‖ 9 commodos ‖ 11 arte] tute ‖ 15 cogites ‖ 17 debeam ‖ 19 libidine concitantur *Tornaesius* ‖ 20 aliquas ‖ 33 iocis *om. O* | ancillam *om. L* ‖ 34 produceret *L*

nam quicquid dixero, minus erit. crines ingenio suo flexi per totos se umeros effuderant, frons minima et quae radices capillorum retro flexerat, supercilia usque ad malarum scripturam currentia et rursus confinio luminum paene permixta, oculi clariores stellis extra lunam fulgentibus, nares paululum inflexae et osculum quale Praxiteles habere Dianam credidit. iam mentum, iam cervix, iam manus, iam pedum candor intra auri gracile vinculum positus: Parium marmor extinxerat. itaque tunc primum Dorida vetus amator contempsi

*

quid factum est, quod tu proiectis, Iuppiter, armis
inter caelicolas fabula muta taces?
nunc erat a torva submittere cornua fronte,
nunc pluma canos dissimulare tuos.
haec vera est Danae. tempta modo tangere corpus,
iam tua flammifero membra calore fluent

*

127 delectata illa risit tam blandum, ut videretur mihi plenum os extra nubem luna proferre. mox digitis gubernantibus vocem 'si non fastidis' inquit 'feminam ornatam et hoc primum anno virum expertam, concilio tibi, o iuvenis, sororem. habes tu quidem et fratrem, neque enim me piguit inquirere, sed quid prohibet et sororem adoptare? eodem gradu venio. tu tantum dignare et meum osculum, cum libuerit, agnoscere'. 'immo' inquam ego 'per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere. invenies religiosum, si te adorari permiseris. ac ne me iudices ad hoc templum Amoris gratis accedere, dono tibi fratrem meum.' 'quid? tu' inquit illa 'donas mihi eum, sine quo non potes vivere, ex cuius osculo pendes, quem sic tu amas, quemadmodum ego te volo?' haec ipsa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis sonus pertemptatum mulcebat aera, ut putares inter auras canere Sirenum concordiam. itaque miranti et toto mihi caelo clarius nescio quid relucente libuit deae nomen quaerere. 'ita' inquit 'non dixit tibi ancilla mea me Circen vocari? non sum quidem Solis progenies, nec mea mater, dum placet, labentis mundi cursum detinuit. habebo tamen quod caelo imputem, si nos fata coniunxerint. immo iam nescio quid tacitis cogitationibus deus agit. nec sine causa Polyaenon Circe amat: semper

---

3 stricturam *Gessnerus* ‖ 6 deam *conieci* ‖ 16 mihi extra nubem luna caput proferre *L* ‖ 18 mulierem *L* ‖ 26 quidni inquit ‖ 30 aures *O* ‖ 31 et] *fortasse aliquid praetermissum est* ‖ 33 Circem me *plerique libri* ‖ 34 *fortasse* dum deo placet ‖ 35 habeo *L* ‖ 37 semper *Bernensis*: sed *ceteri*

inter haec nomina magna fax surgit. sume ergo amplexum, si placet. neque est quod curiosum aliquem extimescas: longe ab hoc loco frater est.' dixit haec Circe, implicitumque me brachiis mollioribus pluma deduxit in terram vario gramine indutam:

Idaeo quales fudit de vertice flores
terra parens, cum se concesso iunxit amori
Iuppiter et toto concepit pectore flammas:
emicuere rosae violaeque et molle cyperon,
albaque de viridi riserunt lilia prato:
talis humus Venerem molles clamavit in herbas,
candidiorque dies secreto favit amori.

in hoc gramine pariter compositi mille osculis lusimus, quaerentes voluptatem robustam

*

| 'quid est?' inquit 'numquid te osculum meum offendit? 128
numquid spiritus ieiunio marcens? numquid alarum negligens sudor? aut si haec non sunt, numquid Gitona times?' perfusus ego rubore manifesto etiam si quid habueram virium, perdidi, totoque corpore velut luxato 'quaeso' inquam 'regina, noli suggillare miserias. veneficio contactus sum'

*

'dic, Chrysis, sed verum: numquid indecens sum? numquid incompta? numquid ab aliquo naturali vitio formam meam excaeco? noli decipere dominam tuam. nescio quid peccavimus.' rapuit deinde tacenti speculum, et postquam omnes vultus temptavit, quos solet inter amantes risus fingere, excussit vexatam solo vestem raptimque aedem Veneris intravit. ego contra damnatus et quasi quodam visu in horrorem perductus interrogare animum meum coepi, an vera voluptate fraudatus essem.

| nocte soporifera veluti cum somnia ludunt
errantes oculos effossaque protulit aurum
in lucem tellus: versat manus improba furtum
[thesaurosque rapit, sudor quoque perluit ora]
et mentem timor altus habet, ne forte gravatum
excutiat gremium secreti conscius auri:
mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem
veraque forma redit, animus, quod perdidit, optat
atque in praeterita se totus imagine versat

---

1 magica *Strelitzius. ego orationi aliquid detractum puto* ‖ 5 qualis *Hadrianides* ‖ 6 confesso ‖ 12 quaerentes] *haec separanda censeo* ‖ 14 *praemissum* Circe ad Polyaenum ‖ 15 macer ‖ 16 aut] puto ‖ 18 laxato ‖ 20 *praemissum* Circe ‖ 21 *Petronii potuit esse* formam habeo excaecatam ‖ 24 *fortasse* usus | frangere ‖ 31 artus *florilegium*

*

| 'itaque hoc nomine tibi gratias ago, quod me Socratica fide *L*
diligis. non tam intactus Alcibiades in praeceptoris sui lecto
iacuit'

*

129 'crede mihi, frater, non intellego me virum esse, non sen-
tio. funerata est illa pars corporis, qua quondam Achilles eram'

*

veritus puer, ne in secreto deprehensus daret sermonibus
locum, proripuit se et in partem aedium interiorem fugit

*

| cubiculum autem meum Chrysis intravit codicillosque mihi *L*
dominae suae reddidit, in quibus haec erant scripta: 'Circe Po-
lyaeno salutem. si libidinosa essem, quererer decepta; nunc
etiam languori tuo gratias ago. in umbra voluptatis diutius lusi.
quid tamen agas, quaero, et an tuis pedibus perveneris domum;
negant enim medici sine nervis homines ambulare posse. nar-
rabo tibi, adulescens, paralysin cave. nunquam ego aegrum tam
magno periculo vidi; medius fidius iam peristi. quod si idem
frigus genua manusque temptaverit tuas, licet ad tubicines mittas.
quid ergo est? etiam si gravem iniuriam accepi, homini tamen
misero non invideo medicinam. si vis sanus esse, Gitonem roga.
recipies, inquam, nervos tuos, si triduo sine fratre dormieris.
nam quod ad me attinet, non timeo, ne quis inveniatur cui mi-
nus placeam. nec speculum mihi nec fama mentitur. vale, si
potes'.

ut intellexit Chrysis perlegisse me totum convicium, 'solent'
inquit 'haec fieri, et praecipue in hac civitate, in qua mulieres
etiam lunam deducunt * itaque huius quoque rei cura agetur.
rescribe modo blandius dominae animumque eius candida hu-
manitate restitue. verum enim fatendum est: ex qua hora in-
iuriam accepit, apud se non est'. libenter quidem parui ancillae
130 verbaque codicillis talia imposui: 'Polyaenos Circae salutem. fa-
teor me, domina, saepe peccasse; nam et homo sum et adhuc
iuvenis. nunquam tamen ante hunc diem usque ad mortem de-
liqui. habes confitentem reum: quicquid iusseris, merui. pro-
ditionem feci, hominem occidi, templum violavi: in haec faci-
nora quaere supplicium. sive occidere placet, ferro meo venio,
sive verberibus contenta es, curro nudus ad dominam. illud

---

1 *praemissum* Giton ad Encolpion ‖ 4 *praemissum* Encolpius ad Gitonem ‖ 9 Circe Polyaeno sal. *om. L* ‖ 17 tam *pars librorum: fortasse* tamen tam ‖ 31 hanc *L* ‖ 32 inquam *post* habes *addunt ex O libri interpolati* ‖ 34 cum ferro *conieci*

unum memento, non me sed instrumenta peccasse. paratus miles arma non habui. quis hoc turbaverit, nescio. forsitan animus antecessit corporis moram, forsitan dum omnia concupisco, voluptatem tempore consumpsi. non invenio, quod feci. paralysin tamen cavere iubes: tanquam ea maior fieri possit, quae abstulit mihi, per quod etiam te habere potui. summa tamen excusationis meae haec est: placebo tibi, si me culpam emendare permiseris'

*

| dimissa cum eiusmodi pollicitatione Chryside curavi diligentius noxiosissimum corpus, balneoque praeterito modica unctione usus, mox cibis validioribus pastus, id est bulbis cochlearumque sine iure cervicibus, hausi parcius merum. hinc ante somnum levissima ambulatione compositus sine Gitone cubiculum intravi. tanta erat placandi cura, ut timerem, ne latus meum frater convelleret. postero die, cum sine offensa corporis 131
animique consurrexissem, in eundem platanona descendi, etiam si locum inauspicatum timebam, coepique inter arbores ducem itineris expectare Chrysidem. nec diu spatiatus consederam, ubi hesterno die fueram, cum illa intus venit comitem aniculam trahens. atque ut me consalutavit, 'quid est' inquit 'fastose, ecquid bonam mentem habere coepisti?'

illa de sinu licium protulit varii coloris filis intortum cervicemque vinxit meam. mox turbatum sputo pulverem medio sustulit digito frontemque repugnantis signavit

hoc peracto carmine ter me iussit expuere terque lapillos conicere in sinum, quos ipsa praecantatos purpura involverat, admotisque manibus temptare coepit inguinum vires. dicto citius nervi paruerunt imperio manusque aniculae ingenti motu repleverunt. at illa gaudio exultans 'vides' inquit 'Chrysis mea, vides, quod aliis leporem excitavi?'

*

| nobilis aestivas platanus diffuderat umbras
et bacis redimita Daphne tremulaeque cupressus
et circum tonsae trepidanti vertice pinus.
has inter ludebat aquis errantibus amnis
spumeus et querulo vexabat rore lapillos.
dignus amore locus: testis silvestris aedon

---

5 ea] iam *libri, delevit Sambucus* ‖ 6 etiam *om. Scaligeranus* ‖ 13 lenissima *Tornaesiana* ‖ 14 *fortasse* placandae Circes ‖ 19 intervenit ‖ 28 repulerunt *Iahnius* ‖ 30 quem *Nodotus* ‖ 35 versabat *Patissoniana*

atque urbana Procne, quae circum gramina fusae L
ac molles violas cantu sua furta colebant

*

premebat illa resoluta marmoreis cervicibus aureum torum myrtoque florenti quietum verberabat. itaque ut me vidit, paululum erubuit, hesternae scilicet iniuriae memor; deinde ut remotis omnibus secundum invitantem consedi, ramum super oculos meos posuit, et quasi pariete interiecto audacior facta 'quid est' inquit 'paralytice? ecquid hodie totus venisti?' 'rogas' inquam ego 'potius quam temptas?' totoque corpore in amplexum eius immissus non praecantatis usque ad satietatem osculis fruor

*

---

132 | ipsa corporis pulchritudine me ad se vocante trahebat ad L
venerem. iam pluribus osculis collisa labra crepitabant, iam implicitae manus omne genus amoris invenerant, iam alligata mutuo ambitu corpora animarum quoque mixturam fecerant

*

---

manifestis matrona contumeliis verberata tandem ad ultionem decurrit vocatque cubicularios et me iubet catomidiari. nec contenta mulier tam gravi iniuria mea convocat omnes quasillarias familiaeque sordidissimam partem ac me conspui iubet. oppono ego manus oculis meis, nullisque effusis precibus, quia sciebam quid meruissem, verberibus sputisque *obrutus* extra ianuam eiectus sum. eicitur et Proselenos, Chrysis vapulat, totaque familia tristis inter se mussat quaeritque, quis dominae hilaritatem confuderit

*

itaque pensatis vicibus animosior verberum notas arte contexi, ne aut Eumolpus contumelia mea hilarior fieret aut tristior Giton. | quod solum igitur salvo pudore poteram, contingere L
languorem simulavi, conditusque lectulo totum ignem furoris in eam converti, quae mihi omnium malorum causa fuerat:

ter corripui terribilem manu bipennem,
ter languidior coliculi repente thyrso
ferrum timui, quod trepido male dabat usum.
nec iam poteram, quod modo conficere libebat;

---

2 et molles *aliquot libri* | sua sura *aut* rura ‖ 4 myrtaque ‖ 7 suos *L* ‖ 11 *praemissum* Encolpius de Endymione puero ‖ 15 exacerbata *expectas* ‖ 16 catorogare ‖ 22 *potius* quid ‖ 26 poterat *L:* confingere *vetus emendator* ‖ 27 simulare coepi *L* ‖ 31 tremuit *liber a Scaligero commemoratus*

namque illa metu frigidior rigente bruma
confugerat in viscera mille operta rugis.
ita non potui supplicio caput aperire,
sed furciferae mortifero timore lusus
ad verba, magis quae poterant nocere, fugi.

erectus igitur in cubitum hac fere oratione contumacem vexavi: 'quid dicis' inquam 'omnium hominum deorumque pudor? nam ne nominare quidem te inter res serias fas est. hoc de te merui, ut me in caelo positum ad inferos traheres? | ut traduceres annos primo florentes vigore senectaeque ultimae mihi lassitudinem imponeres? rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde'. haec ut iratus effudi,

| 'illa solo fixos oculos aversa tenebat,
nec magis incepto vultum sermone movetur
quam lentae salices lassove papavera collo.'

nec minus ego tam foeda obiurgatione finita paenitentiam agere sermonis mei coepi secretoque rubore perfundi, quod oblitus verecundiae meae cum ea parte corporis verba contulerim, quam ne ad cognitionem quidem admittere severioris notae homines solerent. mox perfricata diutius fronte 'quid autem ego' inquam 'mali feci, si dolorem meum naturali convicio exoneravi? aut quid est quod in corpore humano ventri male dicere solemus aut gulae capitique etiam, cum saepius dolet? quid? non et Vlixes cum corde litigat suo, | et quidam tragici oculos suos tanquam audientes castigant? podagrici pedibus suis male dicunt, chiragrici manibus, lippi oculis, et qui offenderunt saepe digitos, quicquid doloris habent, in pedes deferunt:

| quid me constricta spectatis fronte Catones
damnatisque novae simplicitatis opus?
sermonis puri non tristis gratia ridet,
quodque facit populus, candida lingua refert;
nam quis concubitus, Veneris quis gaudia nescit?
quis vetat in tepido membra calere toro?
ipse pater veri doctos Epicurus amare
iussit et hoc vitam dixit habere τέλος'

*

| 'nihil est hominum inepta persuasione falsius nec ficta severitate ineptius'

*

| hac declamatione finita Gitona voco et 'narra mihi' inquam 133
'frater, sed tua fide: ea nocte, qua te mihi Ascyltos subduxit, usque

20 autem *om. L* ‖ 28 spectatis constricta *libri plerique* ‖ 33 petat ‖ 34 doctus Epicurus in arte *vel* arce ‖ 35 hanc vitam *et* deos *libri plerique*

in iniuriam vigilavit, an contentus fuit vidua pudicaque nocte?' I tetigit puer oculos suos conceptissimisque iuravit verbis sibi ab Ascylto nullam vim factam

*

positoque in limine genu sic deprecatus sum numina versu:

'Nympharum Bacchique comes, quem pulchra Dione
divitibus silvis numen dedit, inclita paret
cui Lesbos viridisque Thasos, quem Lydus adorat
semperflavius templumque suis imponit Hypaepis:
huc ades et Bacchi tutor Dryadumque voluptas,
et timidas admitte preces. non sanguine tristi
perfusus venio, non templis impius hostis
admovi dextram, sed inops et rebus egenis
attritus facinus non toto corpore feci.
quisquis peccat inops, minor est reus. hac prece, quaeso,
exonera mentem culpaeque ignosce minori:
et quandoque mihi fortunae arriserit hora,
non sine honore tuum patiar decus. ibit ad aras,
sancte, tuas hircus, pecoris pater, ibit ad aras
corniger et querulae fetus suis, hostia lactens.
spumabit pateris hornus liquor, et ter ovantem
circa delubrum gressum feret ebria pubes'

*

dum haec ago curaque sollerti deposito meo caveo, intravit delubrum anus laceratis crinibus nigraque veste deformis, extraque vestibulum me iniecta manu duxit

*

134 | 'quae striges comederunt nervos tuos, aut quod purgamentum nocte calcasti in trivio aut cadaver? ne a puero quidem te vindicasti, sed mollis, debilis, lassus, tanquam caballus in clivo, et operam et sudorem perdidisti. nec contentus ipse peccare, mihi deos iratos excitasti'

*

| ac me iterum in cellam sacerdotis nihil recusantem perduxit impulitque super lectum et harundinem ab ostio rapuit iterumque nihil respondentem mulcavit. ac nisi primo ictu harundo quassata impetum verberantis minuisset, forsitan etiam brachia mea caputque fregisset. ingemui ego utique propter mas-

---

8 septifluus *libri plerique.* vestifluus *Turnebus*, suppliciter *ego* *temptavi* | tuis || 9 o Bacchi *Goldastus* || 16 aura *Pithoeus* || 19 festus | lactans *O* || 23 atraque *libri interpolati* || 25 *praemissum* Proselenos anus ad Encolpium | consciderunt *conieci* || 26 in nocte | nec || 29 extricasti | 34 mastuprationem *Iungermannus*

carpionem, lacrimisque ubertim manantibus obscuratum dextra caput super pulvinum inclinavi. nec minus illa fletu confusa altera parte lectuli sedit aetatisque longae moram tremulis vocibus coepit accusare, donec intervenit sacerdos.

'quid vos' inquit 'in cellam meam tanquam ad recens bustum venistis? | utique die feriarum, quo etiam lugentes rident.'

| 'o' inquit 'Oenothea, hunc adulescentem quem vides: malo astro natus est; nam neque puero neque puellae bona sua vendere potest. | nunquam tu hominem tam infelicem vidisti: lorum in aqua, non inguina habet. | ad summam, qualem putas esse, qui de Circes toro sine voluptate surrexit?' | his auditis Oenothea inter utrumque consedit motoque diutius capite 'istum' inquit 'morbum sola sum quae emendare scio. et ne *me* putetis perplexe agere, rogo ut adulescentulus mecum nocte dormiat

nisi illud tam rigidum reddidero quam cornu:
| quicquid in orbe vides, paret mihi. florida tellus,
cum volo, siccatis arescit languida sucis,
cum volo, fundit opes scopulique atque horrida saxa
Niliacas iaculantur aquas. mihi pontus inertes
submittit fluctus, zephyrique tacentia ponunt
ante meos sua flabra pedes. mihi flumina parent
Hyrcanaeque tigres et iussi stare dracones.
quid leviora loquor? lunae descendit imago
carminibus deducta meis, trepidusque furentes
flectere Phoebus equos revoluto cogitur orbe.
tantum dicta valent. taurorum flamma quiescit
virgineis extincta sacris, Phoebeia Circe
carminibus magicis socios mutavit Vlixis,
Proteus esse solet, quicquid libet. his ego callens
artibus Idaeos frutices in gurgite sistam
et rursus fluvios in summo vertice ponam'.
inhorrui ego tam fabulosa pollicitatione conterritus, anumque inspicere diligentius coepi

'ergo' exclamat Oenothea 'imperio parete'
detersisque curiose manibus inclinavit se in lectulum ac me semel iterumque basiavit

---

2 pulvinar *plerique* ‖ 5 ad] ante ‖ 7 *praemissum in L* Proselenos ad Oenothean sacerdotem Priapi | *deest* subleva *vel simile verbum* ‖ 13 *fortasse* medicare ‖ 14 adulescentulus tuus mecum dormiat ni illum *Scaligeranus* ‖ 17 spissatis *O* ‖ 22 leones *L* ‖ 27 Phoebeaque *L* ‖ 29 valet *Wehlius* ‖ 30 *et* 31 *fortasse* gurgite ponti *et* sistam ‖ 35 *s. hoc frustu-*

*

| Oenothea mensam veterem posuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus, et camellam etiam vetustate ruptam pice temperata refecit. tum clavum, qui detrahentem secutus cum camella lignea fuerat, fumoso parieti reddidit. | mox incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco apposuit, simulque pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad usum reposita | et sincipitis vetustissima particula mille plagis dolata. | ut solvit ergo licio pannum, partem leguminis super mensam effudit iussitque me diligenter purgare. servio ego imperio granaque sordidissimis putaminibus vestita curiosa manu segrego. at illa inertiam meam accusans improba tollit, dentibusque folliculos pariter spoliat atque in terram veluti muscarum imagines despuit

*

mirabar equidem paupertatis ingenium singularumque rerum quasdam artes:

non Indum fulgebat ebur, quod inhaeserat auro,
nec iam calcato radiabat marmore terra
muneribus delusa suis, sed crate saligna
impositum Cereris vacuae nemus et nova terrae
pocula, quae facili vilis rota finxerat actu.
hinc molli stillae lacus et de caudice lento
vimineae lances maculataque testa Lyaeo.
at paries circa palea satiatus inani
fortuitoque luto clavos numerabat agrestes,
et viridi iunco gracilis pendebat harundo.
praeterea quae fumoso suspensa tigillo
conservabat opes humilis casa, mitia sorba
inter odoratas pendebant texta coronas
et thymbrae veteres et passis uva racemis:
qualis in Actaea quondam fuit hospita terra,
digna sacris Hecales, quam Musa loquentibus annis
Baccineas veteres mirandam tradidit aevo

*

136 dum illa carnis etiam paululum delibat
et dum coaequale natalium suorum sinciput in carnarium furca reponit, fracta est putris sella, quae staturae altitudinem adie-

---

lum interpositum post adposuit *ante* simulque 102, 5 *in O* ‖ 2 etiam *delebat Iahnius, fortasse collocandum est ante* ruptam ‖ 11 *expectas* ipsa fabas tollit ‖ 14 singulariumque *Italus aliquis* ‖ 20 hastu *vel* astu ‖ 21 *et* 22 *puto post* 24 *collocandos* | stilla *L* | latus ‖ 23 et *libri plerique* ‖ 24 clavus ‖ 26 quas *Dousa* ‖ 28 *post* 29 *collocari malo* ‖ 31 Hecates ‖ 32 Battiadae vatis *Daniel* | mirando

O cerat, anumque pondere suo deiectam super foculum mittit. frangitur ergo cervix cucumulae ignemque modo convalescen-
O tem restinguit. | vexat cubitum ipsa stipite ardenti | faciemque totam excitato cinere perfundit. consurrexi equidem turbatus
5 anumque non sine risu erexi
L statimque, ne res aliqua sacrificium moraretur, ad reficiendum ignem in viciniam cucurrit.
O itaque ad casae ostiolum processi
L | cum ecce tres anseres sacri | qui, ut puto, medio die solebant
10 ab anu diaria exigere, | impetum in me faciunt foedoque ac veluti rabioso stridore circumsistunt trepidantem. atque alius tunicam meam lacerat, alius vincula calceamentorum resolvit ac trahit; unus etiam, dux ac magister saevitiae, non dubitavit crus meum serrato vexare morsu. oblitus itaque nugarum pedem
5 mensulae extorsi coepique pugnacissimum animal armata elidere manu. nec satiatus defunctorio ictu, morte me anseris vindicavi:

tales Herculea Stymphalidas arte coactas
ad caelum fugisse reor, peneque fluentes
Harpyias, cum Phineo maduere veneno
fallaces epulae. tremuit perterritus aether
planctibus insolitis, confusaque regia caeli

L | iam reliqui revolutam passimque per totum effusam pavimentum collegerant fabam, orbatique, ut existimo, duce redierant in templum, cum ego praeda simul atque [hac] vindicta
5 gaudens post lectum occisum anserem mitto vulnusque cruris haud altum aceto diluo. deinde convicium verens abeundi formavi consilium, collectoque cultu meo ire extra casam coepi. necdum superaveram cellulae limen, cum animadverto Oenotheam cum testo ignis pleno venientem. reduxi igitur gradum
0 proiectaque veste, tanquam expectarem morantem, in aditu steti. collocavit illa ignem cassis harundinibus collectum, ingestisque super pluribus lignis excusare coepit moram, quod amica se non dimisisset nisi tribus potionibus e lege siccatis. 'quid' porro 'tu' inquit 'me absente fecisti, aut ubi est faba?' ego, qui putave-
5 ram me rem laude etiam dignam fecisse, ordine ille totum proe-

---

1 pondere *huc traductum videtur ex commate priore* ‖ 2 modo *om. O* ‖ 3 atque totam faciem *O. quae praecedunt in L servata, excerptor soloece extulit* ‖ 4 perfudit ‖ 5 risu meo erexi *L* ‖ 7 cucurri ‖ 9 et ecce anseres sacri impetum *O* ‖ 18 pennaeque fluentis *aut* poenamque luentes *Heinsius* ‖ 19 quarum Phinei *Schraderus* ‖ 22 devolutam *conieci* ‖ 28 liberaveram ‖ 33 tribus nisi | *ante conieceram* quid vero ‖ 34 *potius* putabam

lium exposui, et ne diutius tristis esset, iacturae pensationem anserem obtuli. quem | anus ut vidit, tam magnum aeque cla- *L*
morem sustulit, ut putares iterum anseres limen intrasse. con-
fusus itaque et novitate facinoris attonitus quaerebam, quid ex-
137 canduisset, aut quare anseris potius quam mei misereretur. at
illa complosis manibus 'scelerate' inquit 'etiam loqueris? nescis
quam magnum flagitium admiseris: occidisti Priapi delicias, an-
serem omnibus matronis acceptissimum. itaque ne te putes nihil
egisse, si magistratus hoc scierint, ibis in crucem. polluisti san-
guine domicilium meum ante hunc diem inviolatum, fecistique
ut me, quisquis voluerit inimicus, sacerdotio pellat'

*

| 'rogo' inquam 'noli clamare: ego tibi pro ansere strutho-
camelum reddam'

*

dum haec me stupente in lectulo sedet anserisque fatum
complorat, interim Proselenos cum impensa sacrificii venit, vi-
soque ansere occiso sciscitata causam tristitiae et ipsa flere ve-
hementius coepit meique misereri, tanquam patrem meum, non
publicum anserem, occidissem. itaque taedio fatigatus 'rogo'
inquam 'expiare manus pretio liceat
si vos provocassem, etiam si homicidium fecissem. ecce duos
aureos pono, unde possitis et deos et anseres emere'. quos ut
vidit Oenothea, 'ignosce' inquit 'adulescens, sollicita sum tua
causa. amoris est hoc argumentum, non malignitatis. itaque
dabimus operam, ne quis sciat. tu modo deos roga, ut illi facto
tuo ignoscant'.

| quisquis habet nummos, secura navigat aura *L*
fortunamque suo temperat arbitrio.
uxorem ducat Danaen ipsumque licebit
Acrisium iubeat credere quod Danaen.
carmina componat, declamet, concrepet omnes
et peragat causas sitque Catone prior.
iurisconsultus 'paret, non paret' habeto
atque esto quicquid Servius et Labeo.
multa loquor: quod vis, nummis praesentibus opta,
et veniet. clausum possidet arca Iovem

*

| infra manus meas camellam vini posuit, et cum digitos

---

1 pensionem ‖ 2 Cum protuli anserem, anus ut vidit *O* | eque *mutilatum:* acremque *Cornelissen* ‖ 6 et loqueris ‖ 9 scierit *libri plerique* ‖ 19 licet ‖ 21 et duos anseres *Scaligeranus* ‖ 26 naviget ‖ 27 temperet *libri excepto Bernensi* ‖ 34 quidvis *libri plerique*

L pariter extensos porris apioque lustrasset, abellanas nuces cum precatione mersit in vinum. et sive in summum redierant, sive subsederant, ex hoc coniecturam ducebat. nec me fallebat inanes scilicet ac sine medulla ventosas nuces in summo umore consistere, graves autem et plenas integro fructu ad ima deferri

*

recluso pectore extraxit fartissimum iecur et inde mihi futura praedixit. immo, ne quod vestigium sceleris superesset, totum anserem laceratum verubus confixit epulasque etiam lautas paulo ante, ut ipsa dicebat, perituro paravit.

volabant inter haec potiones meracae

*

profert Oenothea scorteum fascinum, quod ut oleo et mi- 138
nuto pipere atque urticae trito circumdedit semine, paulatim coepit inserere ano meo.

hoc crudelissima anus spargit subinde umore femina mea

*

nasturcii sucum cum habrotono miscet perfusisque inguinibus meis viridis urticae fascem comprehendit omniaque infra umbilicum coepit lenta manu caedere

*

aniculae quamvis solutae mero ac libidine essent, eandem viam tentant et per aliquot vicos secutae fugientem 'prende furem' clamant. evasi tamen omnibus digitis inter praecipitem decursum cruentatis

*

'Chrysis, quae priorem fortunam tuam oderat, hanc vel cum periculo capitis persequi destinat'

*

'quid huic formae aut Ariadne habuit aut Leda simile? quid contra hanc Helene, quid Venus posset? ipse Paris, dearum litigantium iudex, si hanc in comparatione vidisset tam petulantibus oculis, et Helenen huic donasset et deas. saltem si permitteretur osculum capere, si illud caeleste ac divinum pectus

---

1 avellanas ‖ 3 hac coniectura dicebat: *Wouwerium secutus ante edidi* coniecta dicebat ‖ 4 scilicet sine medulla *et* 5 integro fructu *tolli iussit Segebadius* ‖ 6 fortissimum ‖ 14 *hoc frustulum dubito an olim fuerit inter* miscet *et* perfusis 15 *positum* ‖ 19 tenent *conieci* ‖ 26 libidinantium

amplecti: forsitan rediret hoc corpus ad vires et resipiscerent partes veneficio, credo, sopitae. nec me contumeliae lassant: quod verberatus sum, nescio; quod eiectus sum, lusum puto. modo redire in gratiam liceat'

*

139 torum frequenti tractatione vexavi, amoris mei quasi quandam imaginem

*

'non solum me numen et implacabile fatum
persequitur. prius Inachia Tirynthius ora
exagitatus onus caeli tulit, ante profanam
Laomedon gemini satiavit numinis iram,
Iunonem Pelias sensit, tulit inscius arma
Telephus et regnum Neptuni pavit Vlixes.
me quoque per terras, per cani Nereos aequor
Hellespontiaci sequitur gravis ira Priapi'

*

quaerere a Gitone meo coepi, num aliquis me quaesisset. 'nemo' inquit 'hodie. sed hesterno die mulier quaedam haud inculta ianuam intravit, cumque diu mecum esset locuta et me accersito sermone lassasset, ultimo coepit dicere, te noxam meruisse daturumque serviles poenas, si laesus in querella perseverasset'

*

nondum querellam finieram, cum Chrysis intervenit amplexuque effusissimo me invasit et 'teneo te' inquit 'qualem speraveram: tu desiderium meum, tu voluptas mea, nunquam finies hunc ignem, nisi sanguine extinxeris'

*

unus ex noviciis servulis subito accurrit et mihi dominum iratissimum esse affirmavit, quod biduo iam officio defuissem. recte ergo me facturum, si excusationem aliquam idoneam praeparassem. vix enim posse fieri, ut rabies irascentis sine verbere consideret

*

140 matrona inter primas honesta, Philomela nomine, quae multas saepe hereditates officio aetatis extorserat, tum anus et floris extincti, filium filiamque ingerebat orbis senibus, et per hanc successionem artem suam perseverabat extendere. ea ergo ad

---

1 reviviscerent *Batavus aliquis* ‖ 5 iactatione *Iungermannus* ‖ 8 ira ‖ 10 *in libris legitur post* 11 ‖ 12 cavit *Scaligeranus* ‖ 27 *potius* praepararem ‖ 30 Philomena *Scaligeranus* ‖ 31 tamen anus

L Eumolpum venit et commendare liberos suos eius prudentiae bonitatique credere se et vota sua. illum esse solum in toto orbe terrarum, qui praeceptis etiam salubribus instruere iuvenes quotidie posset. ad summam, relinquere se pueros in domo Eumolpi, ut illum loquentem audirent quae |sola posset hereditas iuvenibus dari. nec aliter fecit ac dixerat, filiamque speciosissimam cum fratre ephebo in cubiculo reliquit simulavitque se in templum ire ad vota nuncupanda. Eumolpus, qui tam frugi erat ut illi etiam ego puer viderer, non distulit puellam invitare ad pigiciaca sacra. sed et podagricum se esse lumborumque solutorum omnibus dixerat, et si non servasset integram simulationem, periclitabatur totam paene tragoediam evertere. itaque ut constaret mendacio fides, puellam quidem exoravit, ut sederet super commendatam bonitatem, Coraci autem imperavit, ut lectum, in quo ipse iacebat, subiret positisque in pavimento manibus dominum lumbis suis commoveret. ille lente parebat imperio puellaeque artificium pari motu remunerabat. cum ergo res ad effectum spectaret, clara Eumolpus voce exhortabatur Coraca, ut spissaret officium. sic inter mercennarium amicamque positus senex veluti oscillatione ludebat. hoc semel iterumque ingenti risu, etiam suo, Eumolpus fecerat. itaque ego quoque, ne desidia consuetudinem perderem, dum frater sororis suae automata per clostellum miratur, accessi temptaturus, an pateretur iniuriam. nec se reiciebat a blanditiis doctissimus puer, sed me numen inimicum ibi quoque invenit

*

'dii maiores sunt, qui me restituerunt in integrum. Mercurius enim, qui animas ducere et reducere solet, suis beneficiis reddidit mihi, quod manus irata praeciderat, ut scias me gratiosiorem esse quam Protesilaum aut quemquam alium antiquorum.' haec locutus sustuli tunicam Eumolpoque me totum approbavi. at ille primo exhorruit, deinde ut plurimum crederet, utraque manu deorum beneficia tractat

*

'Socrates, deorum hominumque *, gloriari solebat, quod nunquam neque in tabernam conspexerat nec ullius turbae frequentioris concilio oculos suos crediderat. adeo nihil est commodius quam semper cum sapientia loqui.'

---

1 ut commendaret *Iacobsius* || 2 se spes et *Heinsius*, se ei *Rohdius* || 10 *fortasse* physica || 17 lento. *omissum fortasse* impulsu | puellaque *Cuperus* || 33 beneficium *Scaligeranus*

'omnia' inquam 'ista vera sunt; nec ulli enim celerius homines incidere debent in malam fortunam, quam qui alienum concupiscunt. unde plani autem, unde levatores viverent, nisi aut locellos aut sonantes aere sacellos pro hamis in turbam mitterent? sicut muta animalia cibo inescantur, sic homines non caperentur nisi spei aliquid morderent'

*

141 'ex Africa navis, ut promiseras, cum pecunia tua et familia non venit. captatores iam exhausti liberalitatem imminuerunt. itaque aut fallor, aut fortuna communis coepit redire ad paenitentiam tuam'

*

'omnes, qui in testamento meo legata habent, praeter libertos meos hac condicione percipient, quae dedi, si corpus meum in partes conciderint et astante populo comederint'

*

'apud quasdam gentes scimus adhuc legem servari, ut a propinquis suis consumantur defuncti, adeo quidem, ut obiurgentur aegri frequenter, quod carnem suam faciant peiorem. his admoneo amicos meos, ne recusent quae iubeo, sed quibus animis devoverint spiritum meum, eisdem etiam corpus consumant'

*

excaecabat pecuniae ingens fama oculos animosque miserorum.

Gorgias paratus erat exsequi

*

'de stomachi tui recusatione non habeo quod timeam. sequetur imperium, si promiseris illi pro unius horae fastidio multorum bonorum pensationem. operi modo oculos et finge te non humana viscera sed centies sestertium comesse. accedit huc, quod aliqua inveniemus blandimenta, quibus saporem mutemus. neque enim ulla caro per se placet, sed arte quadam corrumpitur et stomacho conciliatur averso. quod si exemplis quoque vis probari consilium, Saguntini oppressi ab Hannibale humanas edere carnes, nec hereditatem expectabant. Petelini idem fecerunt in ultima fame, nec quicquam aliud in hac epulatione captabant, nisi tantum ne esurirent. cum esset Numantia a Scipione capta, inventae sunt matres, quae liberorum suorum tenerent semesa in sinu corpora'

*

---

10 suam ‖ 18 devorant *Iacobsius* | etiam] omne *Scaligeranus* ‖ 19 fames *Boschius* ‖ 25 accedet ‖ 28 vis quoque ‖ 29 obsessi *Rittershusius* ‖ 30 Petavii

I

Servius ad Vergili Aen. III 57: auri sacra fames] sacra id est execrabilis. tractus est autem sermo ex more Gallorum. nam Massilienses quotiens pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis *sumptibus* et purioribus cibis. hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala totius civitatis, et sic praecipitabatur. hoc autem in Petronio lectum est

II

Servius ad Vergili Aen. XII 159 de feminino nominum in TOR *exeuntium genere praecipiens:* si autem a verbo non venerint, communia sunt. nam similiter masculina et feminina in TOR exeunt, ut hic et haec senator, hic et haec balneator, licet Petronius usurpaverit 'balneatricem' dicens

III

Pseudacro ad Horati epod. V 48: Canidia rodens pollicem] habitum et motum Canidiae expressit furentis. Petronius ut monstraret furentem, 'pollice' ait 'usque ad periculum roso'

IIII

Sidonius Apollinaris carminis XXIII:

quid vos eloquii canam Latini,
Arpinas, Patavine, Mantuane? —
et te Massiliensium per hortos
sacri stipitis, Arbiter, colonum
Hellespontiaco parem Priapo?

tangi videtur res quam Petronius Massiliae factam esse finxerat, cf. fr. I

V

Priscianus institutionum VIII 16 p. 381 et XI 29 p. 567 Hertzii inter exempla quibus deponentium verborum participia praeteriti temporis passivam significationem habere declarat: Petronius 'animam nostro amplexam pectore'

forsitan fuerit in hexametro nostroque amplexam pectore

V[b]

Boethius in Porphyrium a Victorino translatum dialogo II extremo p. 45 exemplarium Basiliensium: ego faciam, inquit, libentissime. sed quoniam iam matutinus, ut ait Petronius, sol tectis arrisit, surgamus et si quid est illud, diligentiore postea consideratione tractabitur

fortasse excerptum ex hexametris iam matutinus rutilo sol lumine tectis arrisit

VI*

Fulgentius mythologicon I p. 23 Munckeri: nescis ... quantum satiram matronae formident. licet mulierum verbialibus undis et causidici cedant nec grammatici muttiant, rhetor taceat et clamorem praeco compescat, sola est quae modum imponit furentibus, licet Petroniana subet Albucia

VII*

Fulgentius mythologicon III 8 p. 124 ubi sucum myrrhae valde fervidum esse dixit: unde et Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum myrrhinum se poculum bibisse refert

cf. adnotata p. 16, 8

VIII*

Fulgentius in expositione Virgilianae continentiae p. 156 s: Tricerberi autem fabulam iam superius exposuimus in modum iurgii forensisque litigii positam. unde et Petronius in Euscion ait 'Cerberus forensis erat causidicus'

VIIII*

Fulgentius in expositione sermonum antiquorum p. 565 Merceri: ferculum dicitur missus carnium. unde et Petronius Arbiter ait 'postquam ferculum allatum est'

X*

Fulgentius ibidem p. 565 s: valgia vero sunt labellorum obtortiones in supinatione factae. sicut et Petronius ait 'obtorto valgiter labello'

XI*

Fulgentius ibidem p. 566: alucinare dicitur vana somniari, tractum ab alucitis, quos nos conopas dicimus. sicut et Petronius Arbiter ait 'nam contubernalem alucitae molestabant'

XII*

Fulgentius ibidem p. 567: manubiae dicuntur ornamenta regum. unde et Petronius Arbiter ait 'tot regum manubiae penes fugitivum repertae'

manubies *utrobique libri plurimi*

XIII*

Fulgentius ibidem p. 567: aumatium dicitur locus secretus publicus, sicut in theatris aut in circo. unde et Petronius Arbiter ait 'in aumatium memet ipsum conieci'

automatium *Turnebus*

XIIII

Isidorus originum V 26, 7: dolus et mentis calliditas ab eo quod deludat: aliud enim agit, aliud simulat. Petronius aliter existimat dicens 'quid est, iudices, dolus? nimirum ubi aliquid factum est quod legi dolet. habetis dolum: accipite nunc malum'

XV

glossarium S. Dionysii: petaurus genus ludi. Petronius 'petauroque iubente modo superior'. DANIEL

legebantur fortasse in lacuna cap. 54 *p.* 35, 30

XVI

Petronius 'satis constaret eos nisi inclinatos non solere transire cryptam Neapolitanam' *ex glossario S. Dionysii.* DANIEL

XVII*

in alio glossario:

Suppes suppumpis, hoc est supinis pedibus. Petron.
Tullia, media vel regia. Petronius. PITHOEVS

vereor ne haec sumpta sint ex 'Petronio Arbitro de verborum significatione', id est ex glossario aliquo post Isidori aetatem confecto et in codice Petronii scripto. quam sententiam confirmavit Rohdius conlata glossa supes supinipes, id est supinis pedibus *Mai class. auct. VI p. 547*

XVIII*

Nicolaus Perottus Cornu copiae p. 200, 26 editionis Aldinae anni 1513: Cosmus etiam excellens unguentarius fuit, a quo unguenta dicta sunt Cosmiana. idem [*Iuvenalis 8, 86*] 'et Cosmi toto mergatur aheno'. Petronius 'affer nobis, inquit, alabastrum Cosmiani'

XVIIII

Terentianus Maurus de metris

Horatium videmus
versus tenoris huius
nusquam locasse iuges,
at Arbiter disertus
libris suis frequentat.
agnoscere haec potestis,
cantare quae solemus:
'Memphitides puellae
sacris deum paratae.
tinctus colore noctis
manu puer loquaci'

Marius Victorinus III 17 (in Keilii grammaticis VI p. 138): huius tenoris ac formae quosdam versus poetas lyricos carminibus suis indidisse cognovimus, ut et apud Arbitrum invenimus, cuius exemplum

'Memphitides puellae
sacris deum paratae'.

item 'tinctus colore noctis
Aegyptias choreas'

XX

Terentianus Maurus de metris:

nunc divisio, quam loquemur, edet
metrum quo memorant Anacreonta
dulces composuisse cantilenas.
hoc Petronius invenitur usus,
Musis cum lyricum refert eundem
consonantia verba cantitasse,
et plures alii. sed iste versus
quali compositus tome sit, edam.
'iuverunt segetes meum laborem.'
'iuverunt' caput est id hexametri —
quod restat 'segetes meum laborem'.
tale est ceu 'triplici vides ut ortu
Triviae rotetur ignis
volucrique Phoebus axe
rapidum pererret orbem'

2862 triplici *et quae secuntur 'Arbiter Satiricon' scripsisse dicitur expressis verbis a Victorino IV 1 p. 153 K.*
2865 rutilum *Mallius Theodorus 5 p. 593 K.*

XXI

Diomedes in arte III p. 518 Keilii: et illud hinc est comma quod Arbiter fecit tale

'anus recocta vino
trementibus labellis'

XXII

Servius in artem Donati p. 432, 22 Keilii: item Quirites dicit numero tantum plurali. sed legimus apud Horatium hunc Quiritem, ut sit nominativus hic Quiris. item idem Horatius 'quis te Quiritem?' cuius nominativus erit hic Quirites, ut dicit Petronius

Pompeius in commento artis Donati p. 167, 9 K: nemo dicit 'hic Quirites' sed 'hi Quirites', licet legerimus hoc. legite in Petronio, et invenietis de nominativo singulari hoc factum. et ait Petronius 'hic Quirites'

Quirites *pro* Quiritis *commentum grammaticorum*

XXIII

grammaticus de dubiis nominibus p. 578, 23 K: fretum generis neutri et pluraliter freta, ut Petronius 'freta Nereidum'

cf. freta Nereides *in carmine adlato a Diomede III p. 517 et Victorino III 7 p. 114*

XXIIII*

Hieronymus in epistula ad Demetriadem CXXX 19 p. 995 Vallarsii: cincinnatulos pueros et calamistratos et peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est

'non bene olet qui bene semper olet',

quasi quasdam pestes et venena pudicitiae virgo devitet

trivii *pro* Arbitri *ms. Cisterciense. Martialis ille versus est II 12, 4 cf. cap. 2 p.* 7, 16

XXV*

Fulgentius mythologicon II 9 p. 80 de Prometheo: quamvis Nicagoras . . . primum illum formasse idolum referat, et quod vulturi iecur praebeat, livoris quasi pingat imaginem. unde et Petronius Arbiter ait

'qui vultur iecur intimum pererrat
et pectus trahit intimasque fibras,
non est quem lepidi vocant poetae,
sed cordis *mala,* livor atque luxus'

versu 1 cui *libri* | ultimum *Modius* || 2 querit pectus *libri praeter codicem Danielis* || 3 tepidi *libri* || 4 mala *om. libri*

XXVI*

sic contra rerum naturae munera nota
corvus maturis frugibus ova refert.
sic format lingua fetum cum protulit ursa,
et piscis nullo iunctus amore parit.
sic Phoebea chelys vinclo resoluta parentis
Lucinae tepidis naribus ova fovet.
sic sine concubitu textis apis excita ceris
fervet et audaci milite castra replet.
non uno contenta valet natura tenore,
sed permutatas gaudet habere vices

hoc carmen et quae secuntur duo Petronio adscribit Fulgentius ‖ 5 victo ‖ 6 noctibus *conieci*

XXVII*

primus in orbe deos fecit timor, ardua caelo
fulmina cum caderent discussaque moenia flammis
atque ictus flagraret Athos, mox Phoebus ad ortus
lustrata devectus humo lunaeque senectus
et reparatus honos, hinc signa effusa per orbem
et permutatus disiunctis mensibus annus.
profecit vitium iamque error iussit inanis
agricolas primos Cereri dare messis honores,
palmitibus plenis Bacchum vincire, Palemque
pastorum gaudere manu. natat obrutus omnis
Neptunus demersus aqua, Pallasque tabernas
vindicat. et voti reus et qui vendidit orbem,
iam sibi quisque deos avido certamine fingit

1 primus — timor *habet Statius Theb. III 661* ‖ 4 deiectus ‖ 6 permutatis ‖ 7 proiecit | atque ‖ 10 nutat obrutus *sed sec. manu* obruptus. *verba nondum emendata, sententia fortasse haec: per portus Neptuni religio spargitur ex naufragiis*

XXVIII*

nam citius flammas mortales ore tenebunt
quam secreta tegant. quicquid dimittis in aula,
effluit et subitis rumoribus oppida pulsat.
nec satis est vulgasse fidem: cumulatius exit
proditionis opus famamque onerare laborat.
sic commissa verens avidus reserare minister
fodit humum regisque latentes prodidit aures;
concepit nam terra sonos calamique loquentes
invenere Midam, qualem narraverat index

2 demittis in aurem *Francius* ‖ 6 ferens *codex Vossianus* ‖ 9 conceperat *Fulgentius. inde* conspexerat *Munckerus*

XXVIIII

fallunt nos oculi, vagique sensus
oppressa ratione mentiuntur.
nam turris, prope quae quadrata surgit,
detritis procul angulis rotatur.
Hyblaeum refugit satur liquorem,
et naris casiam frequenter odit.
hoc illo magis aut minus placere
non posset, nisi lite destinata
pugnarent dubio tenore sensus

6 maris

XXX

somnia, quae mentes ludunt volitantibus umbris,
non delubra deum nec ab aethere numina mittunt,
sed sibi quisque facit. nam cum prostrata sopore
urguet membra quies et mens sine pondere ludit,
quicquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
qui quatit et flammis miserandas eruit urbes,
tela videt versasque acies et funera regum
atque exundantes profuso sanguine campos.
qui causas orare solent, legesque forumque
et pavidi cernunt inclusum chorte tribunal.
condit avarus opes defossumque invenit aurum.
venator saltus canibus quatit. eripit undis
aut premit eversam periturus navita puppem.
scribit amatori meretrix, dat adultera munus.
[et canis in somnis leporis vestigia latrat]
in noctis spatium miserorum vulnera durant

10 corde

XXXI*

Indica purpureo genuit me litore tellus,
candidus accenso qua redit orbe dies.
hic ego divinos inter generatus honores
mutavi Latio barbara verba sono.
iam dimitte tuos, Paean o Delphice, cygnos:
dignior haec vox est quae tua templa colat

huic carmini et sequentibus Petronii nomen Claudius Binetus praeposuit, incertum utrum codicem suum imitatus an quod carmen in codice illo praecedens (fr. XXVI) Petronio adsignari viderat a Fulgentio

2 rubet *Burmannus* ‖ 3 *de elephanto* bellua divinos inter generatur odores *Dracontius de deo I 308*

XXXII*

naufragus eiecta nudus rate quaerit eodem
percussum telo, qui sua fata legat.
grandine qui segetes et totum perdidit annum,
in simili deflet tristia fata sinu.
funera conciliant miseros, orbique parentes
coniungunt gemitus, et facit hora pares.
nos quoque confusis feriemus sidera verbis,
et fama est socias fortius ire preces

2 cui ‖ 6 urna *Reiskius* ‖ 8 est constans, *unde* iunctas *Binetus*

XXXIII*

aurea mala mihi, dulcis mea Marcia, mittis,
mittis et hirsutae munera castaneae.
omnia grata putem, sed si magis ipsa venires,
ornares donum, pulchra puella, tuum.
tu licet apportes stringentia mala palatum,
tristia mandenti est melleus ore sapor.
at si dissimulas multum mihi cara venire,
oscula cum pomis mitte: vorabo lubens

8 os quali compremis *Bineti codex,* osque ledis morsu *ceteri*

XXXIIII*

si Phoebi soror es, mando tibi, Delia, causam,
scilicet ut fratri, quae peto, verba feras:
'marmore Sicanio struxi tibi, Delphice, templum
et levibus calamis candida verba dedi.
nunc si nos audis atque es divinus, Apollo,
dic mihi, qui nummos non habet, unde petat'

2 *fortasse* si licet

XXXV*

omnia quae miseras possunt finire querellas,
in promptu voluit candidus esse deus.
vile holus et duris haerentia mora rubetis
pungentis stomachi composuere famem.
flumine vicino stultus sitit, effugit euro
cum calidus tepido consonat igne tholus.
lex armata sedet circum fera limina nuptae,
nil metuit licito fusa puella toro.
quod satiare potest, dives natura ministrat:
quod docet infrenis gloria, fine caret

4 pugnantis ‖ 6 igne rogus ‖ 10 inferius

XXXVI*

militis in galea nidum fecere columbae:
apparet, Marti quam sit amica Venus

XXXVII*

Iudaeus licet et porcinum numen adoret
et caeli summas advocet auriculas,
ni tamen et ferro succiderit inguinis oram
et nisi nodatum solverit arte caput,
exemptus populo Graia migrabit ab urbe
et non ieiuna sabbata lege premet

una est nobilitas argumentumque coloris
ingenui, timidas non habuisse manus

3 aram ‖ 4 et sibi *conieci*

XXXVIII*

lecto compositus vix prima silentia noctis
carpebam et somno lumina victa dabam,
cum me saevus Amor prensum vulsumque capillis
excitat et lacerum pervigilare iubet.
'tu famulus meus' inquit 'ames cum mille puellas,
solus, io, solus, dure, iacere potes?'
exsilio et pedibus nudis tunicaque soluta
omne iter impedio, nullum iter expedio.
nunc propero, nunc ire piget, rursumque redire
paenitet, et pudor est stare via media.
ecce tacent voces hominum strepitusque viarum
et volucrum cantus turbaque fida canum:
solus ego ex cunctis paveo somnumque torumque
et sequor imperium, magne Cupido, tuum

3 sursumque ‖ 8 ingredior *Riesius* ‖ 13 careo sŏmnoque toroque *Schraderus*

XXXVIIII*

sit nox illa diu nobis dilecta, Nealce,
quae te prima meo pectore composuit:
sit torus et lecti genius secretaque longa,
quis tenera in nostrum veneris arbitrium.
ergo age duremus, quamvis adoleverit aetas,
utamurque annis quos mora parva teret.
fas et iura sinunt veteres extendere amores;
fac cito quod coeptum est, non cito desinere

6 tenet

'epigramma Iulii cuiusdam quod Romae in Vaticana bibliotheca cum Petronii fragmento descriptum legi' Binetus

Petroni carmen divino pondere currit,
quo iuvenum mores arguit atque senum.
quare ille praesa gaudet lasciva puella,
at quoque delicias frigida sentit anus.
nam rbter diri scripsitque Neronis amictu
Arbiter arbitrio dictus et ipse suo.

3 illo prenso *Dorleans*, Quartillae prosa *Rivinus* ‖ 5 *fortasse* rector amicus *Binetus*

INDICES PETRONIANI

CONSPECTVS SATIRARVM

cap. 1 2 *Encolpius, quî sua satiris his fata enarrat, in graeca Campaniae urbe confabulatus cum Agamemnone rhetore declamationum reprehendit ineptias quibus vera perierit eloquentia.* 3—5 *respondet illi rhetor parentes incusans qui liberos suos severa lege institui nolint et optimam ad eloquentiam viam carmine adumbrans extemporali.* 6—8 *Encolpius Ascylton sodalem suum quaeritans ab anicula deducitur in fornicem, ubi etiam sodalem deprehendit.* 9—11 *Giton Encolpii deliciae ab Ascylto sibi vim inlatam queritur, litigant Encolpius et Ascyltos divisisque sarcinulis discedunt, reversus autem Ascyltos concumbentem cum Gitone Encolpion verberat.* 12—15 *in foro Encolpius et Ascyltos pallium venditantes inveniunt rusticum cum tunicula quam ipsi amiserant aureis plenam, pallium rusticus comesque eius mulier sibi ereptum latrocinio clamant, tunicam altera pars recuperat.* 16—19 *venit ad Encolpion et Ascylton in stabulum Quartilla quam offenderant Priapo sacrificantem, iniuriae satisfactionem morbique remedium expostulans.* 19—21 *variis modis torti iuvenes cum Quartilla discumbunt in triclinio.* 22—24 *cenati cum dormirent, furandi occasione Syri utuntur, expergefactos caedit cinaedus.* 25 26 *Quartilla Psyches ancillulae suae cum Gitone nuptias imperat.*

26 27 *alio die cenaturus apud Trimalchionem libertinum Encolpius cum Ascylto lavatum it ludentemque spectat senem pila.* 28—31 *sequitur a balneo Trimalchionem, domum eius intrat miratus, per familiae lautitiarumque obstacula evadit ad triclinium.* 31—33 *discumbitur, adfertur gustatio, ipse accumbit Trimalchio tesserisque ludere pergit.* 34—36 *laudatur dominus propter elegantias, vino adlato et ciborum repositorio hortatur ut potent et cenent.* 37 38 *exponit Encolpio conviva de Trimalchione, uxore eius, collibertis ac convivis.* 39—41 *Trimalchio philologiam se nosse ostendit et ab altero ferculo surgit ad lasanum.* 41—46 *absente eo sermocinantur convivae, de tempestate Dama, Seleucus*

de funere, Phileros de mortuo eiusque fratre, Ganymedes de fame quam fraus aedilium et hominum impietas moverit, Echion de ludis coloniae et petitoribus aedilitatis et litterarum honore suique pueri educatione. 47—52 *redit Trimalchio, suem occidi statimque parari in cenam iubet, qui coctus coram convivis exinteratur, sermonibus attingit medicinam, rhetoricam, historias, artium signorumque studia.* 52—54 *ebrio proximus cordacem saltare coepit, actuarium audit acta praedii sui recitantem, petauristarios spectans a puero super lectum eius delapso laeditur.* 55 56 *epigrammate in hunc casum facto de poetis locutus comparat inter se Ciceronem et Syrum, litteras et artificia, boves et oves, donec apophoreta distribuuntur.* 57 58 *ridentibus ea Ascylto et Gitoni Hermeros Trimalchionis collibertus ingerit convicia.* 59 60 *intrant Homeristae e quibus Aiax vitulum elixum scindit, dantur alabastra et poma, dis honor habetur.* 61—63 *fabulas narrant Niceros de milite mutato in lupum et Trimalchio de strigibus tactuque malae manus.* 64 *Trimalchio benigne facit amico, deliciis suis, cani domestico, servis.* 65—67 *post matteas comissator advenit Habinnas cum uxore sua Scintilla, narrat cui interfuerat cenam, impetrat ut Fortunata uxor Trimalchionis recumbat eamque de ornamentis suis collocutam cum Scintilla immittit lecto.* 68—71 *secundae adferuntur mensae, Habinnae puer ludos facit, post epidipnidem unguntur convivae servique admittuntur in triclinium, Trimalchio testamentum suum recitans familiae concitat lamentationem.* 72—74 *in balneo Trimalchionis discussa ebrietate reficitur convivium in alio triclinio.* 74—78 *rixatus Trimalchio cum uxore sua de vita domo felicitate spe sua disserit, denique cornicines sibi funebres modos incinere iubet, qua re tumultu facto Encolpius cum Ascylto et Gitone effugit.*

79 80 *domum redux Encolpius dum noctu dormit cum Gitone, subducitur puer ab Ascylto, itaque communia omnia sodales dissolvunt et Giton Ascylton eligit quem sequatur.* 81 82 *desertus Encolpius maeret in solitudine, deinde efferatus caedem inimici cogitat sed delusus a milite arma ponit.* 83 84 *in pinacotheca cum pictos amantes consideraret, accedit ad eum Eumolpus poeta qui paupertatem suam amore litterarum vindicat.* 85—87 *narrat Eumolpus quo modo Pergami ephebo satis fecerit formoso fidei suae mandato.* 88—90 *quaeritur cur pictura artesque ceterae perierint, pecuniae reprehenditur cupiditas, tabulam quae Troiae halosin ostendit tragico Eumolpus carmine explanat, lapidum ictibus profugere e porticu cogitur.* 91 92 *in balneo repertum Encolpius Gitona in hospitium suum perducit, quaerens Gitona cum vestimentis Ascyltos invenit amatorem.* 93 94 *versus rursum fa-*

ciens Eumolpus obiurgatur ab Encolpio, defenditur a Gitone, cuius poeta amorem confessus foras expellitur, exiens autem includit Encolpion, qui a mortis cogitatione ac suspendio revocatur Gitonis blanditiis. 95 96 *interveniente deversitore rixa oritur, in qua poeta cum de cella se proripuisset, inspectante Encolpio vapulat, donec procurator insulae opem ei adfert.* 97—99 *Ascyltos advenit cum praecone quaerens Gitona, qui infra grabatum extentus scrutantes eludit, Eumolpum autem pueri proditionem minatum Giton osculis, lacrimis Encolpius deleniunt, reconciliata gratia Encolpius cum puero et poeta conscendit in navem.*

100—103 *requiescens in nave Encolpius incidisse se intellegit in veteres inimicos, Licham navigii dominum et Tryphaenam, itaque deliberantibus quo modo periculum effugiant, haec placet fallacia ut Eumolpus Encolpion et Gitona tanquam servos fugitivos habeat rasis capitibus et frontibus inscriptis.* 104 105 *admoniti somnio et voce vectoris, qui depositos in nave capillos expaverat, Lichas et Tryphaena protrahi noxios ac verberari iubent agnoscuntque Tryphaena Gitona, Lichas Encolpion.* 106—108 *supplicium cum primum misericordia Tryphaenae, deinde Eumolpi patrocinium interpellare temptasset, vi manus conseritur ac pugna paratur, donec gubernator obtinet ut indutiae fiant.* 109 110 *foedera componuntur, epulis vinoque conciliatur gratia et hilaritas, Eumolpus versus dicit in calvos, quibus restituitur decor suus per corymbia.* 110—112 *muliebrem levitatem perstringens Eumolpus fabulam narrat de matrona Ephesia.* 113—115 *dum convivantur variisque amoris moventur affectibus, maris tempestas ingruit, gurgite Lichas hauritur, Tryphaena imponitur scaphae, Giton et Encolpios cohaerentes amplexu se fluctibus tradunt, et hi quidem incolumes evadunt Eumolpumque in terram trahunt atque eiectum in litus Lichae corpus miserati fortunam componunt.*

116 117 *cum Crotona prope vidissent urbem heredipetis aptam, ad hoc genus quaestus se subornantes Eumolpum dominum faciunt cui ipsi pareant, mercennarius autem suam asserit libertatem.* 118—124 *Eumolpus tractanti historiam poetae propositurus exemplum carmen fundit heroicum de bello civili.* 124—126 *intrant Crotonam, bene vivunt fallaciis, Encolpius vel ficto nomine Polyaenos sollicitatur Circes procacitate feminae pulcerrimae.* 127—130 *languore suo Circen laedit et epistulae conviciosae rescribit verba excusantia.* 131 132 *iterum perducitur ad dominam, iterum delinquit domique dolorem suum declamatione exonerat.* 133—136 *medicinae causa Priapi templum adgressus ab Oenothea sacerdote incipit curari in cellula.* 136—139 *sacrum anserem Priapi occidit poenamque luit auro et curationis molestias evitans*

fugit domum. 140 141 *Eumolpo matrona liberos suos commendat, testamento eius heredes iubentur corpus testatoris comedere.*

Deperditorum librorum argumenta tanguntur capitibus maxime 9 *et* 81*: reus Encolpius effugerat iudicium* (*cf. fragm.* XIV), *gladiator arenam, hospitem occiderat, pugnarat cum muliere, in viridario Ascylton amarat. de latrocinio rusticique partibus mentio fit* 12 *s., de Quartilla* 16 *s., de Licha contumeliis vexato expilatoque navigio* 106 113 114, *de Tryphaena* 106. *Massiliae partem fabularum actam esse ostenditur fragmento* IV, *confirmatur fr.* I. *accedant nomina personarum Albucia rabiosa, Doris amica, Hedyle fortasse Lichae uxor, Endymion amasius, Euscios causidicus, Lycurgus hospes.*

INDEX NOMINVM

Abellanas nuces *capite* 137
Achilles 59 129
Acrisius 137
Actaea terra 135
Actiaci sinus 121
Aegyptii 2 Aegyptius puer 35 Aegyptias choreas *fragm.* XIX
Aeneas 68
servi Aethiopes 102 duo Aethiopes 34
Aetna 122
Africa 48 117 125 141 ultimus Hammon Afrorum 119 Afrae terrae 119 volucres 93 ficus Africana 35
AGAMEMNON *rhetor in colonia Campaniae* 3 *et terdecies deinceps ad usque* 78
Agamemnon *Atrida* 59
Agatho unguentarius 74
Aiax insaniens 59
ALBVCIA *furiosa mulier* Petroniana *fr.* VI
Alcibiades 128
pueri Alexandrini 31 68
Alpes 122 123
Amor XXXVIII templum Amoris 127
Amphitryoniades 123
Anacreon XX
Apelles 88 Apellis *μονόχνημος* 83
Apelles *tragoedus* 64
Apollo 83 121 XXXIV
iuga Appennini 124
fundi Apuliae 77
Arabes 102 Arabum populus 119
Aratus 40
Ariadne 138
ASCYLTOS *comes Encolpii qui relinquit eum apud Campanos* 6 *et deinceps ad* 98 133
Asia 2 44 75 85 nescio quid Asiadis 44
Atellania 53 Atellanici versus 68
Ἀθάνα 58
Athenae 2 38
Athos XXVII
pignus Atridae *Menelai uxor* 108
mel Atticum 38 56
Augustus *imperator* 69 sevir Augustalis 30

aureum Babylonicum 55
Bacchus XXVII Bacchi comes *et* tutor *Priapus* 133
Baiae 53 104
BARGATES *procurator insulae* 96 97
Battiades *Callimachus* 135
Bellona 124
Bosporos 123
Bromius 41

Caesar *Iulius* 122 123 124
Caesar *imperator* 51 76
Calchas vates 89

Capitolium 88 Capitolia nostra 122
Cappadox 63 69
Capua 62
Carchedonii ignes lapidei 55
CARIO *servus Trimalchionis* 70 71
CARPVS *scissor Trimalchionis* 36 40
Carthago 117
Cassandra *pro Medea* 52 Cassandra caligaria *mulier virilis audaciae* 74
Cato *oratoris exemplum* 137 Catones *tetrici* 132
Cato *Vticensis* 119
Caucasea arx 123
Cerberus forensis causidicus VIII
Cerdo *lar Trimalchionis* 60
Ceres XXVII Cereris vacuae nemus 135
vitam Chiam gessi 63
Chrysanthus *civis coloniae* 42
Chrysippus 88
CHRYSIS *ancilla Circes inde a* 128
Cicero 5 55 ut ait Cicero 3
CINNAMVS *dispensator Trimalchionis* 30
CIRCE *amica Encolpi Crotone inde a* 127
Phoebeia Circe 134
Cocytus 120 121 124
ales petita Colchis 93
Concordia 124
CORAX *mercennarius Eumolpi tonsor* 118 140
Corinthus 50 lanx Corinthia 50 asellus Corinthius 31 Corinthea 50
Corinthus *aerarius* 50
Cosmianum *unguentum* XVIII
Crassus 120
CROESVS *deliciae Trimalchionis* 64
Croton urbs 116 124 125
Cumae 48 praedium *Trimalchionis* Cumanum 53
Cupido XXXVIII
Curio 124
Cyclops 48 97 98 101
Cydonia mala 69
Cyllenia proles 124
Cynica pera 14
Cynthia 122

DAEDALVS *cocus Trimalchionis* 70 74
Daedalus *Cretensis* 52
*DAMA *conviva Trimalchionis* 41
Danae 126 137
Danai 89
bacis redimita Daphne 131
Delius *Apollo* 89 Delia *Diana* XXXIV Deliaci manu recisi 23
Delphicus ales 122 Paean o Delphice XXXI Delphice XXXIV
Democritus 88
Demosthenes 2
Diana 59 *Diana Praxitelis 128
Dicarchidos arva 120
Diomedes *pro Castore* 59
Dione 124 133
DIONYSVS *servus Trimalchionis* 41
Discordia 124
Ditis pater 120 Ditis regnum *et* chorus 124
DORIS *aliquando amica Encolpi* 126
Dryadum voluptas *Priapus* 133

ECHION centonarius *conviva Trimalchionis* 45
ENCOLPIOS 20 *et deinceps*
ENDYMION *amasius Encolpi* 132 *adnot.*
Enyo 120
matrona Ephesi erat 111
Ephesus tragoedus 70
aes Ephyreiacum 119
Epicurus 104 132
Epidamni moenia 124
sedes Erebi 124
Erinys 124
Eudoxos 88
Euhius 41
EVMOLPOS *poeta* 90 *et deinceps*
Euripides 2
EVSCIOS *causidicus* VIII

vinum Falernum 21 28 34 55
Fama 123
Felicio *lar Trimalchionis* 60
Felicio *capsella Scintillae* 67
Fides 124
Fors *Fortuna* 120
Fortuna 55 101 120 121 122 123 125 *cum cornu copiae* 29 Fortunae filius 43
FORTVNATA *uxor Trimalchionis* 37 *et deinceps ad* 76
Furor 124

GAIVS *Trimalchio* 30 50 53 54 67 74 75

*Gaius *dominus servorum Trimalchionis et Nicerotis* 62
Gallia 102 Galli 122 hiemps Gallica 19 Gallica arma 122
GANYMEDES *conviva Trimalchionis* 44
Ganymedes *pro Polluce* 59 *puer a cyatho* 92 *cf.* 83
Gavillae domus 61
sanguine Germano 122 123
tela Gigantum 123
GITON *Encolpi deliciae inde a* 9
Glyco *civis coloniae* 45
GORGIAS *heredipeta Crotone* 141
Graeci 83 Graecum esse affirmabat 64 Graeco more 111 Graeca urbs 81 bybliotheca Graeca 48 Graeci versus 59 Graeculi delirantes 88 Graeculae *litterae* 46 Graeculae apes 38 Graeculio 76
Graius sonus 5 Graium numen 122 Graia urbs XXXVII

HABINNAS *lapidarius* 65 *et porro ad* 77
ultimus Hammon Afrorum 119
Hannibal 50 101 141
Harpyiae 136
Hecale 135
*HEDYLE *fortasse uxor Lichae* 113
Helena 59 Helene 138
Helicon 118
Hellespontiacus Priapus 139 IV
Hercules 83 Herculis aerumnae 48 Herculis porticus 106 Herculeae arae 122
HERMEROS *conviva et collibertus Trimalchionis* 59
Hermerotis pugnae 52
Hermogenes *Glyconis socer* 45
Hesperiae campi 122
HESVS *vector navis superstitiosus* 104
gentis Hiberae 121
Hipparchus *mathematicus* 40
mel Hispanum 66
Homerus 48 118 Homeros dicit 59 Homericis versibus 2 Homeristae 59
Horatii curiosa felicitas 118
Hyblaeus liquor XXIX
repertor Hydaspis *Pompeius* 123
Hylas 83
Hypaepa *Priapo sacra* 133
Hyperidis fama 2
Hyrcanae tigres 134

Idae vertices 89 Idaeus vertex 127 Idaei frutices 134 *Idaeus *Ganymedes* 83
Ilias *picta* 29
Ilium 50
Inachia ora 139
Incuboni pilleum rapere 38
India 38 Indum ebur 135 margarita Indica 55 Indica tellus XXXI
Insidiae 124
Iovis *Iuppiter* 47 58
Iphigenia 59
Italia 116 Italicum litus 114
Iudaei 102 XXXVII
IVLIVS PROCVLVS *conviva Trimalchionis* 38
Iulius *Caesar* 120
Iuno 139 Iunonem meam 25
Iuppiter 44 56 58 83 88 122 123 126 127 137 solium Iovis 51
Iustitia 124

Labeo *iure consultus* 137
Lacedaemonio colono 5 canes Laconici 40
Laenatis gladiatorium munus 29
Laocoon 89 Lauconte 89
Laomedon 139
Lares argentei 29 bullati 60
Laserpiciarius mimus 35
Latius sonus XXXI
Latinae *litterae* 46 bybliotheca Latina 48 Latine legebat librum 59 Latine cantare 53
Leda 138
Lentulus 124
Lesbos 133
Letum 124
Liber pater *ambigue* 41
Libya 121 Libycum aequor 120
LICHAS *negotiator Tarentinus a* 100 *ad* 115
schedium Lucilianae humilitatis 4
Lucina XXVI
Lucretia 9
Lucrinis eruta litoribus conchylia 119
Lucrio *lar Trimalchionis* 60
Lyaeus 41 135
LYCVRGI villa 117 hospitem Lycurgo crudeliorem 83

Lydus 133
novem lyrici 2 118
Lysippus 88

asturco Macedonicus 86
Maecenatianus *Trimalchio* 71
Maeonius fons *Homerus* 5
Magnus *Pompeius* 123 124
Mammaea *viri nomen qui aedilitatem petit coloniae* 45
Manios *homines rusticos ineptosve* 45
M. MANNICIVS deversitor 95
Marcellus 124
dulcis mea Marcia XXXIII
Margarita *catella* 64
Mars *bellum* 122 124 Marti amica Venus XXXVI aequum Mars amat 34 Martis moenia *Roma* 55 Mavortia signa 123 Mavortius umbo 124 Mavortius *Romulus* 124
Marsyae quattuor 34
MASSA *servus Habinnae* 69
Massilienses I Massiliensium horti IV
Μάδεια 52 Medea 108
Megaera 124
Melissa Tarentina 61 62
Memphitides puellae XIX
Menecratis cantica 73
MENELAVS *antescholarius Agamemnonis* 27 81
MENOPHILA *contubernalis Carionis* 70
Mercurius 29 140 dum Mercurius vigilat 77 millesimae Mercurii 67
Midas XXVIII
Minerva 29 omnis Minervae homo 43
Mithridates *servus Trimalchionis* 53
Mopsus Thrax 55
Mortis imago 124
*Mummius 52
Musa 135 omnis Musae mancipium 68 Musis consonantia verba XX
Myron 88

Nais *Hylan praedata* 83
Nasta *vilicus Trimalchionis* 53
Nealce XXXIX
crypta Neapolitana XVI
Neptunus 76 89 139 XXVII simulacrum Neptuni Bais 104
Nereos aequor 139 freta Nereidum XXIII
NICEROS *conviva et collibertus Trimalchionis* 61 63
Nilus 121 Niliacas aquas 134
Nioba *pro Pasiphae* 52
Nocturnae 64
Norbanus *candidatus aedilitatis coloniae* 45 46
Noricum ferrum 70
Numantia 141
Numidae 119 agri Numidiae 117 gallina Numidica 55
Nympha *Hylan praedata* 83 Nympharum comes *Priapus* 133

Occuponem propitium 58
Odyssia *picta* 29
OENOTHEA *sacerdos Priapi Crotone a* 134 *ad* 138
Olympi verticibus 123 Iovem Olympium 58
vinum Opimianum 34
Orcus 34 45 46 fortis tanquam Orcus 62

Paean o delphice XXXI
pax Palamedes *inventor φῖ litterae* 66
iuga Palati 123
Pales XXVII
Pallas 124 XXVII
PANNYCHIS *virguncula e familia Quartillae* 25
testamentum Pansae 47
tres Parcae 29
Parentini *Achivi pugnantes cum Troianis* 59
Paris dearum iudex 138
Parium marmor 126
Parthenope 120
Parthus 120
Pax 124
Pegasus 36
Pelias 139
Pergamum 85
Περιμάδεια 52
Persarum ritu 119
Petelini 141
Petraitis pugnae 52 71
Phasidos unda 119 Phasiaci Colchi 93
Phidias 88

PHILARGYRVS *e familia Trimalchionis* 70 71
PHILEROS *conviva et collibertus Trimalchionis* 43 44
Phileros *causidicus fortasse idem cum superiore* 46
Philippi 121
PHILOMELA *matrona Crotone* 140
Phineus 136
Phoebus 124 134 XX XXVII Phoebi orbis 122 Phoebo pulcrior et sorore Phoebi 109 Phoebi soror XXXIV Phoebeia Circe 134 Phoebea chelys XXVI
Phoebe 89
Phryges 89 Phrygio cultu 89
Pierium pectus 5
Pindarus 2
Platon 2
PLOCAMVS *conviva Trimalchionis* 64
POLYAENOS *Encolpios Crotone vocatur* 127 129 130
C. POMPEIVS DIOGENES *conviva et collibertus Trimalchionis* 38
C. POMPEIVS TRIMALCHIO 30 71
horti Pompeiani *Trimalchionis* 53
Pontus *mare et regnum Mithridatis* 123
navita Porthmeus 121
Praxiteles 126
Priamidae 89
Priapus 104 a pistore factus 60 Priapi genius 21 sacellum 17 deliciae anser 137 Hellespontiaci ira Priapi 139 IV
Primigenius *filiolus Echionis* 46
urbana Procne 131
PROSELENOS *anicula maga Crotone* 132 137
Protesilaus 140
Proteus 134
Protogenis rudimenta 83
PSYCHE *ancilla Quartillae* 20 21 25 26
Publilius *Syrus* 55
Punicum malum 31

QVARTILLA *sacerdos Priapi in Campania a* 16 *ad* 26
Quiritis *nominativo casu* XXII Quirites 119 123 Quiritum fidem 21

Rhenus 122
Roma 29 69 70 71 76 119 120 122 123 Romanus 123 Romani 120 Romanus Vergilius 118 victor Romanus 119 civis R. 57 eques R. 57 92 Romana iuventus 120 R. manus 5 Romanae arces 121 124 Romanum decus 119 R. pondus 120

Safinius *aedilis coloniae* 44
Saguntini 141
Saturnia tellus 122
Saturnalia 44 69 io Saturnalia 58
Mam. Aemilius Scaurus 77
SCINTILLA *Habinnae uxor a* 67 *ad* [75
Scipio *Numantinus* 141
Scissa 65
Scylax *canis Trimalchionis* 64
SELEVCVS *conviva Trimalchionis* 42
Serapa mathematicus 76
Seres 119
Servius *iure consultus* 137
Sibylla Cumis 48
Sicilia 48 114 Siculum aequor 119 marmore Sicanio XXXIV
Sinon 89
Sirenum concordia 127 domus *Neapolis* 5
Socrates 140 Socraticus grex 5 me Socratica fide diligis 128
Solis progenies *Circe* 127
Sophocles 2
Spartana nobilitas 105
STICHVS *servus Trimalchionis* 77 78
Stygium caput 124 Stygii manes 121
Stymphalides *volucres* 136
Sullanus ensis 120
Syrus histrio 52
duo Syri 22 Syriaca pruna 31
Syrtis 93

Tantalus 82
Tarentum 38 100 Lichas Tarentinus 100 101 Melissa Tarentina 61 Tarentini 48
Tarquinius 9
Terracinienses 48
Tartara 124
Telephus 139
Tenedos 89
Terentius copo 61
Thasos 133
Thebanum par *Eteocles et Polynices* 80

Thessalia 121 Thessali quadrupes iugi 89 Thessalici sinus 124
Thraex *gladiator* 45 Thraecium *armatura eius* 75
Mopsus Thrax 55
Thucydidis fama 2
Tirynthius *Hercules* 124 139
Tisiphone 120 121
Titan *Sol* 122
Titus noster *aedilis coloniae* 45
TRIMALCHIO 26 *et deinceps ad* 79
Tritonidis arces 5
Triviae ignis XX
Troia 89 Troiae halosis *picta* 89 Troius heros *Paris* 108 Troes 89 Troiani 59 equus Troianus 52
TRYPHAENA *meretrix nobilis exul a* 100 *ad* 114
Tyria vestimenta 30

Venus 138 *straba* 68 Marti amica XXXVI domina Venus 85 Veneris gaudia 132 nosti Venerem tuam 126 viscera in Venerem fregere 119 Venerem clamavit in herbas 127 trahebat ad Venerem 132 coitum Venere constrictum 109 aedes Veneris *Crotone* 128 Veneris signum marmoreum *apud Trimalchionem* 29
romanus Vergilius 118 Vergilius *recitatus* 68 *cf.* 39 111 112 132
Vlixes 39 48 97 98 132 139 Vlixis nutricem 105 socios Vlixis 134

Zeuxidos manus 83

CARMINVM INDEX

hexametri: Idaeo quales fudit *versus VII capite* 127
illa solo fixos *cento Vergilianus versus III* 132
nam citius flammas *IX frag.* XXVIII
nobilis aestivas *VIII* 131
nocte soporifera *IX* 128
non Indum fulgebat *XVII* 135
non solum me numen *VIII* 139
Nympharum Bacchique *XVII* 133
orbem iam totum *CCXCV* 119—124
primus in orbe deos *XIII fr.* XXVII
qui pelago credit *VI* 83
quicquid in orbe vides *XVI* 134
quis furor (exclamat) pacem *VIII* 108
sed sive armigerae *XIV* 5
somnia quae mentes *XVI fr.* XXX
tales Herculea *V* 136
accedunt Vergiliani versus singuli 68 111 112

elegidia: aurea mala mihi *disticha IV fr.* XXXIII
contemni turpest *II* 18
grex agit in scaena *II* 80
Indica purpureo *III fr.* XXXI
Iudaeus licet et *IV fr.* XXXVII
lecto compositus *VII fr.* XXXVIII
militis in galea *I fr.* XXXVI
naufragus eiecta *IV fr.* XXXII
nomen amicitiae *II* 80
non bibit inter aquas *II* 82
omnia quae miseras *V fr.* XXXV
quid faciant leges *III* 14
quid factumst quod tu *III* 126
quid me constricta spectatis *IV* 132
quisquis habet nummos *V* 137
quod solum formae decus est *III* 109
si Phoebi soror es *III fr.* XXXIV
sic contra rerum *V fr.* XXVI
sit nox illa diu *IV fr.* XXXIX

elegidaria Trimalchionis hexametris binis singulisque pentametris
eheu nos miseros 34
quod non expectes 55
senarii Graecanici iam decima maestos *versus LXV* 89
Italici luxuriae rictu *Syri versus XVI* 55
choliambi artis severae siquis *versus VIII* 5
Anacreontei anus recocta vino *versus II fr.* XXI
Memphitides puellae *V fr.* XIX
triplici vides ut ortu *IV fr.* XX
septenarius Italicus qui de nobis longe venio *aenigmatis* 58
hendecasyllabi ales Phasiacis *versus X* 93
fallunt nos oculi *IX fr.* XXIX
infelix modo crinibus *VII* 109
nolo quod cupio *II* 15
qualis nox fuit *V* 79
qui vultur iecur *IV fr.* XXV
Soladei huc huc *cito* convenite *versus IV* 23
ter corripui terribilem *IX* 132

SERMONIS SATIRARVM SPECIMEN

PROVERBIA GLOSSEMATA RVSTICANA

omisi vocalium consonantiumque immutationes quae rusticae possent videri plurimas propterea quia in hoc genere codicis recentissimi Traguriensis testimoniis parum omnino fidei est. atque sic ut olim repudianda etiamnum censeo Efigeniam Agamenon sciribilita tisicus, *qualia etsi reapse fuerunt in sermone plebeio, de arte tamen Petronii ego sic statuo ut plane noluisse eum adfirmem rustici oris sordes imitari omnes. neve quis vulgi vitia ac virtutem scriptoris perinde habeat, digna quidem Trimalchione est cap.* 48 ampolla *forma qua Apuleium usum esse credo, in Petronianis tamen librario eam acceptam referemus quia cap.* 78 ampollam *indignum erat sermone Encolpi. nec pro frusto Habinnam cap.* 66 frustrum *feci loquentem, cum non solum* frusta *decenter pronuntiasse idem ibidem tradatur sed etiam in capitibus* 35 *et* 59 frustrum *et* frustra *ipsius verbis scriptoris immixta legantur. haec igitur nec satirarum neque antiquitatis propria huic indici nolui immiscere.*

absentivos *capite* 33
abstinax 42
accede istoc 57
accusativus: accedo aniculam 6 admissus Caesarem est 51 Africam ire 48 neminem nihil boni facere 42 aediles male eveniat 44 *confer* frunisci maledicere persuadere
ab acia et acu omnia exponere 76
sibi nunquam acidius fuisse 92
adcognosco 69
adhibete *verbera* 45
nobis adiutasses 62
adventicia *cena* 90
adverbium: dispare pallavit 46 sit vinearum largiter 71 belle erit 46 bene fuit 65 suaviter sit 75 solebas suavius esse 61 64 aeque est ac si 42 tam fui quam vos estis 75
advocationem commodabam 96
aecrophagiae *corruptum* 56
silvestris aedon 131

aenigmata de pede oculo capillo 58
aequum Mars amat 34
agaga 69 *ἀγάγας velut leno*
aginavi 61
est sub alapa 38
alogiae meniae 58
amasiunculi 45 amasiuncula 75
ambubaia 74
amicus amico 43 44 in angustiis amici apparent 61
anatina 56
animam ebulliit 42 62
antescholarius 81
apoculamus nos 62 67 *abimus ab oculis*
mihi apodixin defunctoriam redde 132
apophoreti 40
apud se non est 129
aquam in os suum non coniciet 67 42
arbor *navis* 115
archisellium 75
arietilli 39
assem habeas assem valeas 77 ab asse crevit 43 asse panem quem emisses 44 sestertiarius homo 45 homo dipundiarius 74 58 matrem meam dupundii non facio 58 comula besalis 58 quadrantem de stercore tollere 43
mihi asciam in crus impegi 74
asinus in tegulis 63 qui asinum non potest, stratum caedit 45
ast ubi 99
au au 67
valde audaculus 63
automatum 54 140

babaecali 37 *α βαβαί*
postquam omnes bacalusias consumpsi 41 *βαυκαλήσεις*?
pulcherrimum bacciballum 61
balaenacea virga 21
iam illi balatum duxissem 57
baliscus *balneum* 42
licet barbam auream habeas 58 servus barbatoriam fecit 73
barculae 67 *simile valet ac barones*
baro noster 63
bella res est 58 bellissima occasio 25 siquid belli habes 68 dicite aliquid belli 78 belle erit 46
bene mane 85
sudor per bifurcum volabat 62
bisaccium 31
dum bonatus agò 74 *fortasse bovinatus tergiversatus*
iacebat tanquam bovis 62 valebat bovem iratum tollere 63 oculum bublum vidi maiorem 44
non buccam panis invenire 44 bucca bucca, quot sunt hic? 64 durae buccae fuit linguosus 43 mucronem ad buccam probare 70
bucinus *gallus* 74
burdubasta 45 *compositum e burdo vel burdone et basternae bastagaeve primordiis*

caccitus 63
ubique medius caelus est 45 abiit in caelum 38
caldum meiere et frigidum potare 67
caldicerebrius 45 58
antiquus amor cancer est 42
canis *salax* 43 linguam caninam comedi 43 putares canem leporem persequi 63 canale *lepus* 56
cantabundus 61
canturire 64
cardeles 46 *ut alibi cardus pro carduo*
abistis dulces caricae 64
carnarium *in amphitheatro* 45 (*in culina cellave sic ut volgo fit* 95 135 136)
cataphagae 39
catastropha 54
* catomidiari 132
aedilem *non* trium cauniarum 44
cedrae 38 *κεδρόμηλα citria*
cepi ipsimi cerebellum 76
inter cetera 105
chiramaxium 28
cicaro meus 46 71
clavo tabulari fixum est 75
in medio clivo laborare 47 lassus tanquam caballus in clivo 134
coctiones 14 15
cum esses capo, coco coco 59 *cucurire solebas*
coctores 95 (*cf. CIL. IV 1658*) *servi fortasse culinarii*
si nos coleos haberemus 44
colubra restem non parit 45
acu comatoria 21
computa, et tibi plus do quam accepi 46

concepti 33 *pulli in ovis*
conceptissimis iuravit verbis 113 133
bonum tuum concoquas 75 sicco concoquit ore famem 82 plagas concoxi 105
in conductum accucurrit 9
congemuit 23 100
consiliator deorum 76
vinum erat contra aurum 76
fugi tanquam copo compilatus 62
corcillum est quod hominem facit 75
corneolus fuit 43
quibus prae mala sua cornua nascuntur 39 tam rigidum quam cornu 134
corymbion 110
recorrexit costas illius vindemia 43
cruciarius 112
cubitoria *vestimenta* 30
hic est apud quem cubitum ponetis 27 reposui cubitum 65
non possunt bene olere qui in culina habitant 2
Athana tibi irata sit curabo *similesque per hoc verbum minaciae* 58 69 74
facile est ubi omnia quadrata currunt 43

daphnon 126
defunctorio ictu 136 apodixin defunctoriam 132
venies sub dentem 58 aqua dentes habet 42
depraesentiarum 74 58
satius est rideri quam derideri 61 nec tamen derisit 62 ergo me derisit? 100
soles me nocte desomnem facere 47
qui te primus deurode fecit 58 *corruptum*
deversitor 95 *πανδοχεύς* anus inter deversitores ingurgitata 79
cito fit quod di volunt 76 quomodo *vel* quemadmodum di volunt 61 76
diaria 24 75
dignitossus 57
dispare pallavit 46
gaudimonio *aut* felicitate dissilio 61 75
divina 6 *saga* divinatio 117 *divinorum ars*
destinavi illum artificii docere, praeconem aut causidicum 46
aratro domefacta tellus 99 (*cf. AL. Riesii 726, 31*)
qualis dominus, talis et servus 58
in domusionem litteras didici 48 ad domusionem 46
lanx donaria 59

effluunt vinum amphorae 71
elegidarion 109
ellipsis: haec *mentula* 24 *cf.* 132 in primo *ferculo* 66 quattuordecim *ordines in theatro* 126 cani *crines* 126 coco coco *faciebas* 59 ego et tu sponsiunculam *faciamus* 58 posui non magis me occisurus, quam Giton facturus *erat* 108 nondum Caesar erat *victus* 123 *more usitato in sponsione* 70
embasicoetas 24 26
bene emo, bene vendo 75
quia enim 51
epulum dedi II denarios 71 45
nunquam nisi in equestribus sedeo 126
est te videre? 67 nunc erat submittere 126
excatarissasti me 67 *a καθαρίζειν*
exopinissare 62
frontem expudoratam 39
a se exire 90 exi, defero lamnam 58 ocius foras exi 94
exitum facere 2 45
exsibilavit 64
exsonare 16 19 109 *cf.* 73

omnia ad se fecerunt 38 fecit assem 61 facere *meiere* 62 *in rebus veneriis* 45 87 fit *cenatur* 26 faciatur 71 faxo sciatis 95
factum, non fabula 76 tanquam nihil facti 76
non es nostrae fasciae 46
fastosus 131 mihi fastum facit 96
malus fatus 42 71 fatus meus 77
crevit tanquam favus 43 76
non accersito ferrumine 102 anulum aureum ferreis velut stellis ferruminatum 32 ponticuli ferruminati 31
Hermogenis filicem 45 *filiam improbam*
ingeniosus est et bono filo 46

unus alicuius flaturae fuit Thraex 46
foras cenat 30 foras parata sunt 47
fortunae filius 43
frigidior hieme gallica factus 19 frigidior rigente bruma 132
frunisci *aliquid* 44 75 frunitus est quam diu vixit 43
longe fugit quisquis suos fugit 43
fulcipedia 75 *quae se studet extollere*
fuliginea nubes 108
furcifera 132
cum insanientibus furere 3

gastrae 79 70
gaudimonio dissilio 61
gausapa 21 29 apri gausapati 38
omne genus poma volo sint 71
gingilipho sonabant 73 *cf. γιγγλιαμόν*
non sum de gloriosis 75
veluti gustum hauseram somni 22 non mi haec iactura gusti fuit 76 nec cum illo panem gustare potui 62 aliquid de iure gustare 46

habes, habeberis 77
hilaria mera sint 61
hircus in ervilia 57
quod hodie non est, cras erit 45
hominem inter homines esse 39 57 facere 74 discordia, non homo 43 piper, non homo 44 phantasia, non homo 38 (*similiter alia ut* codex, non mulier 74) homuncio 34 66 homunciones 56
positum in hypogaeo corpus 112

non impropero illi 38
in controversiam esse 15 fui in funus 42 videbo te in publicum 58 voca cocum in medio 48
non indecenti risu 20 non indelectatus 87 non inspeciosus 74
introversus se proiecit 63
ipsuma mea 69 ipsima 75 ipsimus noster 63 75 76

aeque unum lactem biberunt 71 lacte gallinaceum 38
frigori laecasin dico 42 *λαικάζειν*
lamellulas paravi 57 pater fetum emit lamna? 57 defero lamnam 58
qui holera spectant, lardum tollunt 39 lardum *merx venalis* 76
sit vinearum largiter 71
larifuga 57
laruas istos 44 ut larua intravi 62
aliis leporem excitavi 131
levatores 140
capillos liberos habere 38 aquam liberam gustare 71
tace lingua, dabo panem 69 *cf.* canis linguosus 43
longe a nobis 74 curabo longe tibi sit comula 58
dum loqueris, pruina dilabitur 99
lorus in aqua 57 134 loripes 45
non valet lotium suum 57
de lucerna equites 45
lupatria 37
pro luto erat 44 pro luto haberemus 51 67

homo maiestus 57
cave maiorem maledicas 58 96
malicorium 47
cum vicensimariis magnam mantissam habet 65
manuciolus 63
manus manum lavat 46 manum de tabula 76 manu plena 43 64 illum tetigerat mala manus 63
mapalia 58 *homines negligentes*
marceolus 51
mascarpio 134 *vix sanum*
matus 41 *participium ut egretus pro madefacto*
matella 45 *uxor nequam*
isti maiores maxillae 44
medius fidius *mulierum iuratio* 17 129 *viri* 104
tanto melior, Massa 69
bonam mentem habet 70 131
quod illius mentum sustulit 43 *cf.* 29
mero meridie 37 plane fugae merae 45 hilaria mera 61 tricas meras
methodium 36 [53
non micam panis 42 frugi et micarius 73
cum quo posses in tenebris micare 44
fundos habet qua milvi volant 37 milvo volanti ungues resecare 45 mulier quae mulier milvinum genus 42 milva *mulier* 75
mimum componere 117
et cetera minutalia 47

non est miscix 45
pernae missionem dedimus 67 *cf.* 41
'modo sic modo sic' inquit rusticus 45
nummos modio metitur 37
noli meliorem molestare 58 *fr.* XI
monocnemos Apellis 83
qui mori timore nisi ego? 62 aeque lassus ac moriens 7 morientes occidere 98 miserere morientium 101
alienum mortuum plorare 54
nec mu nec ma argutas 57
mufrius, non magister 58
non licebat multaciam considerare 29 *vix sanum*
mundum frigus habuimus 41
mus in matella 58 udi tanquam mures 44

mihi anima in naso esse 62
en homo quemadmodum natat 116 pisces natare oportet 39
te natum non puto 58
magna navis magnam fortitudinem habet 76
negatio: suadeo non patiaris 74 75 *duplicata hoc modo* nemini nihil satis est 76 42 58
nesapius 50
nocturnae 63 nocturnus 57 *cf.* 15 nocturnus grassator 82
nomina rustice inflexa: intestinas 76 rapam 66 schemas 44 stigmam 45 69 strigae 63 faciatur et triclinia 71 balneus 41 caelus 39 45 candelabrus 75 fatus 42 71 77 fericulus 39 lorus 57 vasus 57 vinus 41 concepti 33 lasani 47 strabonus 68 cornum 89 *quod potest etiam masculinum esse*, thesaurum 46 vasum 51 libra rubricata 46 nervia 45 quisquilia 75 statuncula 50 Iovis 47 58 bovis 62 lactem 71 lacte 38 porticus duos 77 munus excellente 45 66 sanguen 59 stips *stipes* 43 *per declinationem* non gusti fuit 76 *ut non tanti*, pauperorum 46 a diibus 44 Phileronem 46 Niceronem 63 Apelletem 64 o mi hospites 116
notorem dare 92
operae quorum est mea Roma noverca 122

nugax 52
omnium numerum 63 68
habet nummorum nummos 37

mulsi pultarium obduxi 42
librum ab oculo legit 75 dignus quem in oculis feram 75 opertis oculis bona sua computant 44 *cf.* 141 oculi mortui 62 vix oculo mortuo unquam 68
oclopeta 35 *ab oculis et petendo nominata res esculenta*
oracularii servi 43
osculum *parvum os* 126
ossucula 65
ovillam est 56
oxycomina 66

habet haec res panem 46 noluisses de manu illius panem accipere 37 dabo panem 69
pannos meos comedi 44 pannucia 14
qui utrosque parietes linunt 39
paronychia tollere 31
malam parram pilavit 43
quattuor partes dicit 46 decem partes dicit 75 partes centum dico 58 *in conficiendis rationibus tirones et eruditus*
pataracina poscere 41 *ut scyphos capaciores*
pax Palamedes 66 *sit venia verbo fœdo*
di pedes lanatos habent 44 multis pedibus sto 30 (*contra* male vacillavit 38 *et* fidem male ambulantem 12) 'longe venio, late venio' 58
in alio peduclum vides, in te ricinum non vides 57
pelagiae volucres 109 phaleris pelagiis *in Syri versu* 55
penthiacus 47 *a Pentheo discerpto*
puerum sane perbasiamus 41
percolopabant 44 *a colaphis*
non perfunctorie verberare 11
peristasis declamationis 48
persuadeo hospitem 62 46 *in urbano sermone* a matre persuasus est 81
si ad trecenties HS salvus pervenerit 88 satis vivus pervenero 77
pessime mihi erat ne 54

phaecasiae 67 phaecasiati 82
phantasia, non homo 38
pharmace, responde 107 *ὦ φαρμακί*
pica pulvinaris 37
nemo Iovem pili facit 44
quomodo singulos pilabat [tractabat] 44 parram pilavit 43
Incuboni pilleum rapere 38 ova pilleata 65 66 aper pilleatus 40 *s.*
sive planus sive nocturnus grassator 82 plani 140
platanon 126 131
urceatim plovebat 44
abiit ad plures 42 *ad inferos*
mulieres plussciae 63
pompa 60 *ferculum sacro ritu paratum*
bellum pomum qui rideatur alios 57
dices hic porcos coctos ambulare 45 rusticus varium porcum perdiderat 45
porcino extorsit 48 (*cf. magnum burcellum in libro de monstris p. 9, 3 Hauptii*)
prae literas 46 prae mala 39
lapillos praecantatos 131 non praecantatis osculis 131
homo praefiscini frugi 73
habuit praxim 39
simus a primitiis hilares 59
promulsidaria 31
propudium 99 *vix sanum, signum notari videtur exiturae portu navis*
in prospectu 66
pullarius 43 *παιδεραστής*
mulsi pultarium 42
aeque est ac si in puteum conicias 42

quadrigae meae decucurrerunt 64
mulier quae mulier milvinum genus 42 (*ut Varro* mulier quae mulier Venus)
ab orchestra quattuordecim transilit 126
quid utique 45 nec quid nec quare 38
tantum quod 76 dixi quod mustella comedit 46 scis quod 71 vides quod 131 subolfacio quod 45

recte *minantis* 58 74
recutitus 68
redde quod debes 57 iam tibi depraesentiarum reddidissem 58
sua re facere 47 66 *reddere obscena cf.* facere *et* mea re fert tu dominam tuam de rebus illis fecisti 77 res tuas ocius tolle 79
post te non respicis 57
retroversus crescit tanquam coda vituli 44
qui fuit rana, nunc est rex 77 cenare quomodo rex 38
me non facias ringentem 75
in rutae folium conicere 58 37

sonantes aere sacellos 140
salamandra supercilia exussit 107
quicquid ad salivam facit 48
sunt vestra salva 58 salvum sit quod tango 63
saplutus 37 *ζάπλουτος*
saviunculum 66
scabitudinem animi 99
largior scaena 117
sciniphes 98 *σκνῖφες* (*cf. Sulpicii chron. I 14, 4 et Phrynichum p. 399 s. Lobeckii*)
reddita scordalo vice 95 agite scordalias de medio 59
scruta scita expedire 62
per scutum per ocream aginavi 61 *omnibus machinis temptavi*
mulier secutuleia 84
semicinctium 94
serisapia 56
serva me, servabo te 44
servitia in frontibus cernitis 107 *stigmata*
sessorium *cubiculum* 77
sicca sobria 37
sociorum olla male fervet 38
putabat se solium Iovis tenere 51 solium *in balneis* 73 92
libidinis suae solum vertit 81
somniorum interpretamenta 10
sopiones 22 *fortasse carbones exusti*
spatalocinaedi 23
spintria 113
in sinum suum non spuit 74
staminatas duxi 41 *potiones vini magnas sive a στάμνῳ sive a stamine nomen traxerunt*
statuncula 50
stelae 62 *στῆλαι*
vafer et magnus stelio 50
sterilicula 35
sterteia 75

habebit stigmam 45 69 stigmate puniti 103 105 stigmosi 109
strabones 39 strabonus 68 *natum fortasse ex* strabus
strigae 63 striges 134
elegantes strophas 60
suaviter sit 59 75 suaviter fuit 65 sibi suaviter facientem 71 solebas suavius esse 61 64
sucossi 38 *divites*
suggillare miserias 128
nec sursum nec deorsum cresco 58 quod sursum est, deorsum faciunt 63 susum *in superiore parte aedium* 77
sustuli me de negotiatione 76
sua octingenta possidet 38 sestertium suum vidit decies 38 panem autopyrum de suo sibi 66
syncope: bublum 44 oclopetam 35 offla 56 58 peduclum 57 ridiclei 57 (calda 41 65 68 caldum 67 caldicerebrius 45 58 calfacti 28 lamna 57 58 *aliaque pervagata ut* vincla)
synoecium 94

posse taurum tollere qui vitulum sustulerit 25
hoc vitam dixit habere telos 132
casula erat, nunc templum est 77
tengomenas faciamus 34 73 *a τέγγειν, bibamus*
terrae filius 43 terrae tuber 58
tertiarius 45
cuius anni ad tesseram venierunt 81
* testiculavit 38
de melle me usque tetigi 66
omnia' textorum dicta consumit 33
tituli *meretricii* 7
toga perversa *aliquem* persequi 58
tonstrinum *cantorem* 46, *cantica* 64 *cf. tonores τονάρια ridicule ut videtur adsimulata voce tonsoriae arti*
Trimalchionis topanta est 37 *cf. τὰ πάντα*
audacius tragoediam implebat 108 tragoediam evertere 140
non tralaticium bellum 108 110
tricliniarches 22
in tristimonio esse 63
pecuniae cupiditas haec tropica instituit 88
terrae tuber 58 lēvior horti tubere 109
licet ad tubicines mittas 129
aut tunc aut nunquam 44

umbras cecidi 62
cuius pluris erat unguis quam tu totus es 57 curabo me unguibus quaeras 74 milvo ungues resecare 45 a capillis usque ad ungues 102
ursus homuncionem comest 66 ursina 66
utres inflati ambulamus 42

* desperatum valde 68 non pote validius quam expavit 51
vasculum 24 *virilia*
vavato stramenticius 63
cui vecturam debemus 101
cum ventis litigo 83
viginti ventres pasco et canem 57
verba rustice inflexa: cum delectaretur dominam 45 64 me studia fastiditum 48 pudeatur 47 qui rideatur alios 57 somniatur 74 argutat 46 57 amplexaret 63 convivare soles 57 exhortavit 76 naufragarunt 76 defraudit 69 * olunt 50 vetuo 53 47 faxo 95 parsero 58 vinciturum 45 (*in urbano sermone epitomatoris opinor culpa* adiuvaturos 18) fefellitus 62 domata 74 faciatur 71 suum propinasse 28 (*ut* meum intelligere 52) qui mori timore nisi ego? 62
in molle carne vermes nascuntur 57
vero vero 72 et se vero quaerere dixit 97
dum versas te, nox fit 41
versipellis 62
calda potio vestiarius est 41
viperam sub ala nutricas 77 vipera *mulier* 77
vitrea fracta 10 *sententiolae declamatoris*
vivorum meminerimus 43 75
velit nolit 71 non vult sibi male 38 vis tu *adhortantis* 111
volpes uda 58 domi leones, foras vulpes 44

zelotypi 45 noli zelotypa esse 69

CARMINA PRIAPEA

I

Carminis incompti lusus lecture procaces,
conveniens Latio pone supercilium.
non soror hoc habitat Phoebi, non Vesta sacello,
nec quae de patrio vertice nata dea est,
sed ruber hortorum custos, membrosior aequo,
qui tectum nullis vestibus inguen habet.
aut igitur tunicam parti praetende tegendae,
aut quibus hanc oculis adspicis, ista lege.

II

Ludens haec ego teste te, Priape,
horto carmina digna, non libello,
scripsi non nimium laboriose.
nec Musas tamen, ut solent poetae,
ad non virgineum locum vocavi.
nam sensus mihi corque defuisset
castas, Pierium chorum, sorores
auso ducere mentulam ad Priapi.
ergo quicquid id est, quod otiosus
templi parietibus tui notavi,
in partem accipias bonam, rogamus.

III

[OVIDII]

Obscure poteram tibi dicere: 'da mihi, quod tu
des licet assidue, nil tamen inde perit.
da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim,
cum tenet obsessas invida barba genas,
quodque Iovi dederat, qui raptus ab alite sacra
miscet amatori pocula grata suo,
quod virgo prima cupido dat nocte marito,
dum timet alterius vulnus inepta loci'.
simplicius multo est 'da pedicare' Latine
dicere: quid faciam? crassa Minerva mea est.

Quae non adiectum habent auctoris nomen, ea in codicibus plurimis et optimis leguntur. cf. musei Rhenani vol. XVIII p. 383 ss. et Baehrensi poetas lat. minores I p. 54 ss.

III *Ovidii esse testatur Seneca pater contr. I 2, 22* | 4 teget *Aldina*

IIII

Obscenas rigido deo tabellas
dicans ex Elephantidos libellis
dat donum Lalage rogatque, temptes,
si pictas opus edat ad figuras.

V

Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
versibus hic infra scripta duobus erit:
'quod meus hortus habet, sumas impune licebit,
si dederis nobis, quod tuus hortus habet'.

VI

Quod sum ligneus, ut vides, Priapus
et falx lignea ligneusque penis,
prendam te tamen et tenebo prensam
totamque hanc sine fraude, quantacunque est,
tormento citharaque tensiorem
ad costam tibi septimam recondam.

VII

Cum loquor, una mihi peccatur littera; nam te
pe-dico semper blaesaque lingua mihi est.

VIII

Matronae procul hinc abite castae:
turpe est vos legere impudica verba. —
non assis faciunt euntque recta:
nimirum sapiunt videntque magnam
matronae quoque mentulam libenter.

VIIII

Cur obscena mihi pars sit sine veste, requiris:
quaere, tegat nullus cur sua tela deus.
fulmen habet mundi dominus, tenet illud aperte;
nec datur aequoreo fuscina tecta deo.
nec Mavors illum, per quem valet, occulit ensem,
nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
num pudet auratas Phoebum portare sagittas?
clamne solet pharetram ferre Diana suam?
num tegit Alcides nodosae robora clavae?
sub tunica virgam num deus ales habet?

VI 3 prensum *vel* pressum *alii libri* ‖ VII 2 mea est *alii* ‖ VIIII 2 quaero | signa *alii*

quis Bacchum gracili vestem praetendere thyrso,
quis te celata cum face vidit, Amor?
nec mihi sit crimen, quod mentula semper aperta est:
hoc mihi si telum desit, inermis ero.

X

Insulsissima quid puella rides?
non me Praxiteles Scopasve fecit,
nec sum Phidiaca manu politus;
sed lignum rude vilicus dolavit,
et dixit mihi: 'tu Priapus esto'.
spectas me tamen et subinde rides:
nimirum tibi salsa res videtur
adstans inguinibus columna nostris.

XI

Ne prendare, cave. prenso nec fuste nocebo,
saeva nec incurva vulnera falce dabo:
traiectus conto sic extendere pedali,
ut culum rugam non habuisse putes.

XII

Quaedam iunior Hectoris parente,
Cumaeae soror, ut puto, Sibyllae,
aequalis tibi, quam domum revertens
Theseus repperit in rogo iacentem,
infirmo solet huc gradu venire
rugosasque manus ad astra tollens,
ne desit sibi, mentulam rogare.
hesterna quoque luce dum precatur,
dentem de tribus excreavit unum.
'tolle' inquam 'procul ac iube latere
scissa sub tunica stolaque rufa,
ut semper solet, et timere lucem,
qui tanto patet indecens hiatu,
barbato macer eminente naso,
ut credas Epicuron oscitari'.

XIII

Percidere puer, moneo: futuere puella:
barbatum furem tertia poena manet.

XI 1 prensare | 4 rugas *alii* ‖ XII 1 haud iunior *Heinsius*, turpior *Iahnius* | 8 nocte *conieci* ‖ XIII 1 precidere

XIIII

Huc huc, quisquis es, in dei salacis
deverti grave ne puta sacellum.
et si nocte fuit puella tecum,
hac re quod metuas adire, non est.
istuc caelitibus datur severis:
nos vappae sumus et pusilla culti
ruris numina, nos pudore pulso
stamus sub Iove coleis apertis.
ergo quilibet huc licebit intret
nigra fornicis oblitus favilla.

XV

Commisso mihi non satis modestas
quicunque attulerit manus agello,
is me sentiet esse non spadonem.
dicat forsitan haec sibi ipse: 'nemo
hic inter frutices loco remoto
percisum sciet esse me', sed errat:
magnis testibus ista res agetur.

XVI

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneida pomis,
qualibus Hesperidum nobilis hortus erat,
qualia credibile est spatiantem rure paterno
Nausicaam pleno saepe tulisse sinu,
quale fuit malum quod littera pinxit Aconti,
qua lecta cupido pacta puella viro est:
talia cunque puer dominus florentis agelli
imposuit mensae, nude Priape, tuae.

XVII

Quid mecum tibi, circitor moleste?
ad me quid prohibes venire furem?
accedat, sine: laxior redibit.

XVIII

Commoditas haec est in nostro maxima pene,
laxa quod esse mihi femina nulla potest.

XIIII 4 adire noli *lapis Romanus qui totum hoc carmen exhibet in quo versu* 10 fabilla *scriptum est, vide ephemeridem epigraphicam IV p. 268* ‖ XV 6 precisum ‖ XVI 2 Hesperidum] hypomenes *ex versu* 1 | 7 qualiacumque pius *codex Laurentianus multis melior: fortasse* qualia cunque petis, *prius edideram* nunc pauper

XVIIII

Hic quando Telethusa circulatrix,
quae clunem tunica tegente nulla
extis aptius altiusque movit,
crisabit tibi fluctuante lumbo?
haec sic non modo te, Priape, posset,
privignum quoque sed movere Phaedrae.

XX

Fulmina sub Iove sunt, Neptuni fuscina telum,
ense potens Mars est, hasta, Minerva, tua est,
sutilibus Liber committit proelia thyrsis,
fertur Apollinea missa sagitta manu,
Herculis armata est invicta dextera clava:
at me terribilem mentula tenta facit.

XXI

Copia me perdit: tu suffragare rogatus
indicio nec me prode, Priape, tuo,
quaeque tibi posui tanquam vernacula poma,
de sacra nulli dixeris esse via.

XXII

Femina si furtum faciet mihi virve puerve,
haec cunnum, caput hic praebeat, ille nates.

XXIII

Quicunque hic violam rosamve carpet
furtivumve holus aut inempta poma,
defectus pueroque feminaque
hac tentigine, quam videtis in me,
rumpatur, precor, usque mentulaque
nequiquam sibi pulset umbilicum

XXIIII

Hic me custodem fecundi vilicus horti
mandati curam iussit habere loci.
fur habeas poenam, licet indignere 'feram'que
'propter holus' dicas 'hoc ego?' 'propter holus'.

XVIIII 1 ecquando *Scaliger* | 3 satius altiusque movet | 5 hec si *aut tantum* sic *libri:* sic ut *volgo* || XXI 2 nec nos *alii* || XXII 1 virque puerque

XXV

Hoc sceptrum, quod ab arbore ut recisum est,
nulla iam poterit virere fronde;
sceptrum, quod pathicae petunt puellae,
quod quidam cupiunt tenere reges,
cui dant oscula nobiles cinaedi,
intra viscera furis ibit usque
ad pubem capulumque coleorum.

XXVI

Porro — nam quis erit modus? — Quirites,
aut praecidite seminale membrum,
quod totis mihi noctibus fatigant
vicinae sine fine prurientes
vernis passeribus salaciores,
aut rumpar nec habebitis Priapum.
ipsi cernitis, effututus ut sim
confectusque macerque pallidusque,
qui quondam ruber et valens solebam
fures caedere quamlibet valentes.
defecit latus et periculosam
cum tussi miser expuo salivam.

XXVII

Deliciae populi, magno notissima circo
Quintia, vibratas docta movere nates,
cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
ponit et adducta tympana pulsa manu:
pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat,
tentaque ad exemplum sit sua turba dei.

XXVIII

Tu, qui non bene cogitas et aegre
carpendo tibi temperas ab horto,
pedicabere fascino pedali.
quod si tam gravis et molesta poena
non profecerit, altiora tangam.

XXVIIII

Obscenis, peream, Priape, si non
uti me pudet improbisque verbis.

XXV 1 arbore est recisum ‖ XXVI 9 *fortasse* et rigens ‖ XXVIIII 2 improbis probisque *vel* probrisque

sed cum tu posito deus pudore
ostendas mihi coleos patentes,
cum cunno mihi mentula est vocanda.

XXX

'Falce minax et parte tui maiore, Priape,
ad fontem, quaeso, dic mihi qua sit iter.'
vade per has vites, quarum si carpseris uvam,
cur aliter sumas, hospes, habebis aquam.

XXXI

Donec proterva nil mei manu carpes,
licebit ipsa sis pudicior Vesta.
sin, haec mei te ventris arma laxabunt,
exire ut ipse de tuo queas culo.

XXXII

Vvis aridior puella passis,
buxo pallidior novaque cera,
collatas sibi quae suisque membris
formicas facit altiles videri,
cuius viscera non aperta Tuscus
per pellem poterit videre haruspex,
quae suco caret usque putris pumex,
nemo viderit hanc ut expuentem,
quam pro sanguine pulverem scobemque
in venis medici putant habere,
ad me nocte solet venire et affert
pallorem maciemque larualem.
ductor ferreus insulariusque
lanternae videor fricare cornu.

XXXIII

Naidas antiqui Dryadasque habuere Priapi,
et quo tenta dei vena subiret, erat.
nunc adeo nihil est, adeo mea plena libido est,
ut Nymphas omnis interiisse putem.
turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar,
falce mihi posita fiet amica manus.

XXX 3 *edebatur* uvas | 4 aquas *alii* ‖ XXXI 4 ipsa ‖ XXXII 7 usque quaque pumex *temptavi* | 13 insularis aeque ‖ XXXIII 6 falce manu

XXXIIII

Cum sacrum fieret deo salaci,
conducta est pretio puella parvo
communis satis omnibus futura:
quae quot nocte viros peregit una,
tot verpas tibi dedicat salignas.

XXXV

Pedicabere, fur, semel; sed idem
si deprensus eris bis, irrumabo.
quod si tertia furta molieris,
ut poenam patiare et hanc et illam,
pedicaberis irrumaberisque.

XXXVI

Notas habemus quisque corporis formas:
Phoebus comosus, Hercules lacertosus,
trahit figuram virginis tener Bacchus,
Minerva ravo lumine est, Venus paeto,
fronte crinitos Arcades vides Faunos,
habet decentes nuntius deum plantas,
tutela Lemni dispares movet gressus,
intonsa semper Aesculapio barba est,
nemo est feroci pectorosior Marte:
quod si quis inter hos locus mihi restat,
deus Priapo mentulatior non est.

XXXVII

Cur pictum memori sit in tabella
membrum, quaeritis, unde procreamur?
cum penis mihi forte laesus esset
chirurgamque manum miser timerem,
dis me legitimis nimisque magnis,
ut Phoebo puta filioque Phoebi,
curatum dare mentulam verebar.
huic dixi: 'fer opem, Priape, parti,
cuius tu, pater, ipse pars videris:

XXXV 2 si precisus *aut* prensus eris, *unde* te si prensus *conieceram*, praedatus *Baehrensius* ‖ XXXVI 4 flavo | 5 frontem *volgo*, caprinos *L. Muellerus*, *singularem desidero ut* in fronte cornua Arcados vides Fauni | 10 haec ‖ XXXVII 4 chirurgicamque *plures*, cirugique *Laurentianus* | 7 curandam *alii* | 9 ipse par

qua salva sine sectione facta
ponetur tibi picta, quam levaris,
compar consimilisque concolorque'.
promisit fore mentulamque movit
pro nutu deus et rogata fecit.

XXXVIII

Simpliciter tibi me, quodcunque est, dicere oportet,
natura est quoniam semper aperta mihi:
pedicare volo, tu vis decerpere poma;
quod peto, si dederis, quod petis, accipies.

XXXVIIII

Forma Mercurius potest placere,
forma conspiciendus est Apollo,
formosus quoque pingitur Lyaeus,
formosissimus omnium est Cupido.
me pulcra fateor carere forma,
verum mentula luculenta nostra est:
hanc mavult sibi quam deos priores,
si qua est non fatui puella cunni.

XXXX

Nota Suburanas inter Telethusa puellas,
quae, puto, de quaestu libera facta suo est,
cingit inaurata penem tibi, sancte, corona:
hunc pathicae summi numinis instar habent.

XXXXI

Quisquis venerit huc, poeta fiat
et versus mihi dedicet iocosos.
qui non fecerit, inter eruditos
ficosissimus ambulet poetas.

XXXXII

Laetus Aristagoras natis bene vilicus uvis
de cera facta dat tibi poma, deus.
at tu sacrati contentus imagine pomi
fac veros fructus ille, Priape, ferat.

XXXVII 12 parva et consimilisque ‖ XXXX 1 celesina *Laurentianus id est* Telesina | 2 puta *codex Guelferbytanus* ‖ XXXXII 2 factas dat tibi dona *Hauptius.* cera, fundi, dat *conieceram*

XXXXIII

Velle quid hanc dicas, quamvis sim ligneus, hastam,
oscula dat medio si qua puella mihi?
augure non opus est: 'in me' mihi credite, dixit
'utetur veris viribus hasta rudis'.

XXXXIIII

Nolite omnia, quae loquor, putare
per lusum mihi per iocumque dici.
deprensos ego ter quaterque fures
omnes, ne dubitetis, irrumabo.

XXXXV

Cum quendam rigidus deus videret
ferventi caput ustulare ferro,
ut Maurae similis foret puellae,
'heus' inquit 'tibi dicimus, cinaede,
uras te licet usque torqueasque,
num tandem prior es puella, quaeso,
quam sunt, mentula quos habet, capilli?'

XXXXVI

O non candidior puella Mauro,
sed morbosior omnibus cinaedis,
Pygmaeo brevior gruem timente,
ursis asperior pilosiorque,
Medis laxior Indicisve bracis,
manes hic licet ut libenter ires:
nam quamvis videar satis paratus,
erucarum opus est decem maniplis,
fossas inguinis ut teram dolemque
cunni vermiculos scaturrientis.

XXXXVII

Quicunque vestrum, qui venitis ad cenam,
libare nullos sustinet mihi versus,
illius uxor aut amica rivalem
lasciviendo languidum, precor, reddat,
et ipse longa nocte dormiat solus
libidinosis incitatus erucis.

XXXXIII *post* XXXXIIII *ponitur volgo* | 1 sic ligneus astem *Dorvillius* | 4 usibus ‖ XXXXVI 5 Indicis libratis | 6 mallem scilicet ut libet perire *Is. Vossius et ego temptavimus*

XXXXVIII

Quod partem madidam mei videtis,
per quam significor Priapus esse,
non ros est, mihi crede, nec pruina,
sed quod sponte sua solet remitti,
cum mens est pathicae memor puellae.

XXXXVIIII

Tu, quicunque vides circa tectoria nostra
non nimium casti carmina plena ioci,
versibus obscenis offendi desine: non est
mentula subducti nostra supercilii.

L

Quaedam, si placet hoc tibi, Priape,
fucosissima me puella ludit
et nec dat mihi nec negat daturam,
causas invenit usque differendi.
quae si contigerit fruenda nobis,
totam comparibus, Priape, nostris
cingemus tibi mentulam coronis.

LI

Quid hoc negoti est quave suspicer causa
venire in hortum plurimos meum fures,
cum quisquis in nos incidit, luat poenas
et usque curvos excavetur ad lumbos?
non ficus hic est praeferenda vicinae
uvaeque, quales flava legit Arete,
non mala truncis adserenda Picenis
pirumve, tanto quod periculo captes,
magisque cera luteum nova prunum
sorbumve ventres lubricos moraturum.
praesigne rami nec mei ferunt morum
nucemve longam, quam vocant abellanam,
amygdalumve flore purpurae fulgens.
non brassicarum ferre glorior caules
betasve, quantas hortus educat nullus,
crescensve semper in suum caput porrum.

L 2 ficosissima *plerique* | 4 causasque *volgo* | 6 cum paribus *quidam* (*inde in exitu* nodis *proposueram*) similibus *alii* ‖ LI 12 quae vocatur alva *vel* alna | 13 purpureo

nec seminosas ad cucurbitas quemquam
ad ocimumve cucumeresque humi fusos
venire credo, sessilesve lactucas
acresque caepas aliumque furatum,
nec ut salaces nocte tollat erucas
mentamque olentem cum salubribus rutis.
quae cuncta quamvis nostro habemus in saepto,
non pauciora proximi ferunt horti.
quibus relictis in mihi laboratum
locum venitis, improbissimi fures:
nimirum apertam convolatis ad poenam,
hoc vos et ipsum, quod minamur, invitat.

LII

Heus tu, non bene qui manum rapacem
mandato mihi contines ab horto,
iam primum stator hic libidinosus
alternis et eundo et exeundo
porta te faciet patentiorem.
accedent duo, qui latus tuentur,
pulcre pensilibus peculiati;
qui cum te male foderint iacentem,
ad partem veniet salax asellus
nilo deterius mutuniatus.
quare qui sapiet, malum cavebit,
cum tantum sciet esse mentularum.

LIII

Contentus modico Bacchus solet esse racemo,
cum capiant alti vix cita musta lacus,
magnaque fecundis cum messibus area desit,
in Cereris crines una corona datur.
tu quoque, dive minor, maiorum exempla secutus,
quamvis pauca damus, consule poma boni.

LIIII

CD si scribas temonemque insuper addas,
qui medium vult te scindere, pictus erit.

LI 28 et vos hoc ipsum ‖ LII 4 ineundo *volgo* | 9 partum *plures.* partes *Salmasius* | 10 nihil *aut* et nil *aut* nil iam ‖ 11 qui] si *libri.* malus *Baehrensius* | 12 sciat *Catullus 5, 14* ‖ LIII 2 altos. *fortasse* capiat multus ‖ LIIII 1 Ed si | 2 te vult *volgo*

LV

Credere quis possit? falcem quoque — turpe fateri —
de digitis fures surripuere meis.
nec movet amissi tam me iactura pudorque,
quam praebent iustos altera tela metus:
quae si perdidero, patria mutabor, et olim
ille tuus civis, Lampsace, Gallus ero.

LVI

Derides quoque, fur, et impudicum
ostendis digitum mihi minanti?
eheu me miserum, quod ista lignum est,
quae me terribilem facit videri.
mandabo domino tamen salaci,
ut pro me velit irrumare fures.

LVII

Cornix et caries vetusque bustum,
turba putida facta saeculorum,
quae forsan potuisset esse nutrix
Tithoni Priamique Nestorisque,
illis ni pueris anus fuisset,
ne desim sibi, me rogat, fututor.
quid si nunc roget, ut puella fiat?

---

si nummos tamen haec habet, puella est.

LVIII

Quicunque nostram fur fefellerit curam,
effeminato verminet procul culo;
quaeque hic proterva carpserit manu poma
puella, nullum reperiat fututorem.

LVIIII

Praedictum tibi ne negare possis:
si fur veneris, impudicus exis.

LX

Si quot habes versus, tot haberes poma, Priape,
esses antiquo ditior Alcinoo.

LV 1 posset *plerique* | 3 me tam *alii* | 5 multabor *plerique* ‖ LVII 6 desit *volgo* | 8 *delebat Barthius* ‖ LVIII 1 curam] fidem *plerique* | 2 imminet procul dubio *libri:* inane pruriat lumbo *Baehrensius* ‖ LVIIII 2 eris

LXI

Quid frustra quereris, colone, mecum,
quod quondam bene fructuosa malus
autumnis sterilis duobus adstem?
non me praegravat, ut putas, senectus,
nec sum grandine verberata dura,
nec gemmas modo germine exeuntes
seri frigoris ustulavit aura,
nec venti pluviaeve siccitasve,
quod de se quererer, malum dederunt;
non sturnus mihi gracculusve raptor
aut cornix anus aut aquosus anser
aut corvus nocuit siticulosus:
sed quod carmina pessimi poetae
ramis sustineo laboriosis.

LXII

Securi dormite, canes: custodiet hortum
cum sibi dilecta Sirius Erigone.

LXIII

Parum est mihi, quod hic fixi sedem
agente terra per caniculam rimas
siticulosam sustinemus aestatem?
parum, quod hiemis perfluunt sinus imbres
et in capillos grandines cadunt nostros
rigetque dura barba vincta crystallo?
parum, quod acta sub laboribus luce
parem diebus pervigil traho noctem?
huc adde, quod me terribilem fuste
manus sine arte rusticae dolaverunt,
interque cunctos ultimum deos numen
cucurbitarum ligneus vocor custos.
accedit istis impudentiae signum,
libidinoso tenta pyramis nervo.
ad hanc puella — paene nomen adieci —
solet venire cum suo fututore,
quae tot figuras, quot Philaenis enarrat,
non inventis pruriosa discedit.

LXIII 1 *restituendus versus ad hunc modum* mihi quod hic semel pedem fixi: quod hic ut fiximus semel sedem *Lachmannus* | 4 imi perfluunt *aut* superfluunt | 6 duro *Heinsius* | 9 fuste de rudi vilem *Scaliger* | 15 ad haec *codex unus* | 17 quo *Heinsius* | figuris *plures* | 18 non ad-

LXIIII

Quidam mollior anseris medulla
furatum venit huc amore poenae:
furetur licet usque, non videbo.

LXV

Hic tibi, qui rostro crescentia lilia morsit,
caeditur e tepida victima porcus hara:
ne tamen exanimum facias pecus omne, Priape,
horti sit, facias, ianua clausa tui.

LXVI

Tu, quae ne videas notam virilem,
hinc averteris, ut decet pudicam:
a mirum nisi quod times videre,
intra viscera habere concupiscis.

LXVII

Penelopes primam Didonis prima sequatur
et primam Cadmi syllaba prima Remi,
quodque fit ex illis, mihi tu deprensus in horto,
fur, dabis: hac poena culpa luenda tua est.

LXVIII

Rusticus indocte si quid dixisse videbor,
da veniam: libros non lego, poma lego.
sed rudis hic dominum totiens audire legentem
cogor Homeriacas edidicique notas.
ille vocat, quod nos *ψωλήν, ψολόεντα κεραυνόν,*
et quod nos culum, *κουλεόν* ille vocat.
μερδαλέον certe nisi res non munda vocatur,
et pediconum mentula merdalea est.
quid? nisi Taenario placuisset Troica cunno
mentula, quod caneret, non habuisset opus.
mentula Tantalidae bene si non nata fuisset,
nil, senior Chryses quod quereretur, erat.
haec eadem socium tenera spoliavit amica,
quaeque erat Aeacidae, maluit esse suam.

---

movente *Heinsius*. *conieci* figuris — contenta non est pruriensque ‖ LXV 1 mersit | 4 *fortasse* sit posthac ‖ LXVI 3 nimirum *aut* nil mirum ‖ LXVII 1 Dido fac *alii* (Didus *Heinsius*) | 3 tu mihi *plurimi* ‖ LXVIII 4 corismeracas | 5 psoleon ille vocat nos quod psolenta ceraunon | 6 id quod *alii* | 7 nisi] si *Weberus* | 9 quod *libri:* qui *Heinsius* | 11 nota

ille Pelethroniam cecinit miserabile carmen
ad citharam, cithara tensior ipse sua.
nobilis hinc nata nempe incipit Ilias ira,
principium sacri carminis illa fuit.
altera materia est error fallentis Vlixi;
si verum queras, hunc quoque movit amor.
hic legitur radix, de qua flos aureus exit,
quam cum μῶλυ vocat, mentula μῶλυ fuit.
hic legimus Circen Atlantiademque Calypsun
grandia Dulichii vasa petisse viri.
huius et Alcinoi mirata est filia membrum
frondenti ramo vix potuisse tegi.
ad vetulam tamen ille suam properabat, et omnis
mens erat in cunno, Penelopea, tuo:
quae sic casta manes, ut iam convivia visas
utque fututorum sit tua plena domus.
e quibus ut scires quicunque valentior esset,
haec es ad arrectos verba locuta procos:
'nemo meo melius nervum tendebat Vlixe,
sive illi laterum sive erat artis opus.
qui quoniam periit, vos nunc intendite, qualem
esse virum sciero, vir sit ut ille meus.'
hac ego, Penelope, potui tibi lege placere,
illo sed nondum tempore factus eram.

LXVIIII

Cum fici tibi suavitas subibit
et iam porrigere huc manum libebit,
ad me respice, fur, et aestimato,
quot pondo est tibi mentulam cacandum.

LXX

Illusit mihi pauper inquilinus:
cum libum dederat molaque fusa
quadram, partibus abditis in ignem,
sacro protinus hinc abit peracto.
vicini canis huc subinde venit
nidorem, puto, persecuta fumi,

LXVIII 18 ile *Baehrensius* | 21 lacteus *Scaliger* | 22 quem | 31 qui quoque *L. Muellerus* | 34 seu fuit *alii* | 38 natus *quidam* | LXX 2 cum] qui *volgo, unde prius conieceram* qui cum libo aderat molaque salsa quorum | 3 quarum | 6 prosecuta *paene omnes*

quae libamine mentulae comeso
tota nocte mihi litat rigendo.
at vos amplius hoc loco cavete
quicquam ponere, ne famelicorum
ad me turba velit canum venire,
ne dum me colitis meumque numen,
custodes habeatis irrumatos.

LXXI

Si commissa meae carpes pomaria curae,
dulcia quid doleam perdere, doctus eris.

LXXII

Tutelam pomarii, diligens Priape, facito:
rubricato furibus minare mutinio.

Quod monear, non est, quia si furaberis ipse
grandia mala, tibi bracchia macra dabo.

LXXIII

Obliquis quid me, pathicae, spectatis ocellis?
non stat in inguinibus mentula tenta meis.
quae tamen exanimis nunc est et inutile lignum,
utilis haec, aram si dederitis, erit.

LXXIIII

Per medios ibit pueros mediasque puellas
mentula, barbatis non nisi summa petet.

LXXV

Dodone tibi, Iuppiter, sacrata est,
Iunoni Samos et Mycena ditis,
undae Taenaros aequorisque regi;
Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius, orbis umbilicum,
Creten Delia Cynthiosque colles,
Faunus Maenalon Arcadumque silvas;
tutela Rhodos est beata Solis,

LXX 8 rigando *Wakefieldius.* *fortasse* nocte litat ligurriendo ‖ LXXI 2 qui *Heinsius* ‖ LXXII *praeposita verba numeris soluta* | 2 mutino *plures* | 3 moneat *aut* moneam ‖ LXXIII 1 pathicae quid me *volgo* ‖ LXXV 2 Mycenae dites

Gades Herculis umidumque Tibur;
Cyllene celeri deo nivosa,
tardo gratior aestuosa Lemnos;
Hennaeae Cererem nurus frequentant,
raptam Cyzicos ostreosa divam,
formosam Venerem Cnidos Paphosque
. . . . . .

LXXVI

. . . . . .
quod sim iam senior meumque canis
cum barba caput albicet capillis:
deprensos ego perforare possum
Tithonum Priamumque Nestoremque.

LXXVII

Immanem stomachum mihi movetis,
qui densam facitis subinde saepem
et fures prohibetis huc adire.
hoc est laedere, dum iuvatis; hoc est
non admittere ad aucupem volucres.
obstructa est via, nec licet iacenti
iactura natis expiare culpam.
ergo qui prius usque et usque et usque
furum scindere podices solebam,
per noctes aliquot diesque cesso.
poenas do quoque, quot satis superque est,
in semenque abeo salaxque quondam
nunc vitam perago — quis hoc putaret? —
ut clusus citharoedus abstinentem.
at vos, ne peream situ senili,
quaeso, desinite esse diligentes
neve imponite fibulam Priapo.

LXXVIII

At di deaeque dentibus tuis escam
negent, amicae cunnilinge vicinae,
per quem puella fortis ante nec mendax
et quae solebat impigro celer passu
ad nos venire, nunc misella landicae
vix posse iurat ambulare prae fossis.

LXXVII 1 videtis | 13 non vitam | 14 ut elusus (clusus *unus codex*) citharoedus abstinerem || LXXVIII 5 landices

LXXVIIII

Priape, quod sis fascino gravis tento,
quod exprobravit hic tibi suo versu
poeta noster, erubescere hoc noli:
non es poeta fascinosior nostro.

LXXX

At non longa bene est, at non bene mentula crassa
et quam si tractes, crescere posse putes?
me miserum, cupidas fallit mensura puellas:
non habet haec aliud mentula maius eo.
utilior Tydeus qui, si quid credis Homero,
ingenio pugnax, corpore parvus erat.
sed potuit damno nobis novitasque pudorque
esse, repellendus saepius iste mihi.

LXXXI

Dum vivis, sperare decet: tu, rustice custos,
huc ades et nervis, tente Priape, fave.

LXXXII

[TIBVLLI]

Vilicus aerari quondam, nunc cultor agelli
haec tibi Perspectus templa, Priape, dico.
pro quibus officiis, si fas est, sancte, paciscor,
assiduus custos ruris ut esse velis,
improbus ut si quis nostrum violarit agellum,
hunc tu — sed taceo: scis, puto, quod sequitur.

LXXXIII

[TIBVLLI]

Quid hoc novi est? quid ira nuntiat deum?
silente nocte candidus mihi puer
tepente cum iaceret abditus sinu,

LXXVIIII 2 hanc *libri:* hoc *Baehrensius* | 4 est poeta sarcinosior ‖ LXXX 1 bene non stat bene: *cf. Ovidi am. III 7, 1* | 4 aliquid *unus liber* | ero *Baehrensius* | 8 *mutilum carmen videtur. in libris adhaeret* LXXXI ‖ LXXXII *extitit in lapide Patavino inscriptum CIL. V 2803* | 5 violabit *lapis* | 6 sed tento *lapis*

venus fuit quieta, nec viriliter
iners senile penis extulit caput.
placet, Priape, qui sub arboris coma
soles, sacrum revincte pampino caput,
ruber sedere cum rubente fascino?
at, o Triphalle, saepe floribus novis
tuas sine arte deligavimus comas,
abegimusque voce saepe, cum tibi
senexve corvus impigerve gracculus
sacrum feriret ore corneo caput.
vale nefande destitutor inguinum,
vale Priape: debeo tibi nihil.
iacebis inter arva pallidus situ,
canisque saeva susque ligneo tibi
lutosus affricabit oblitum latus.
at o sceleste penis, o meum malum,
gravi piaque lege noxiam lues.
licet querare, nec tibi tener puer
patebit ullus, imminente qui toro
iuvante verset arte mobilem natem,
puella nec iocosa te levi manu
fovebit apprimetve lucidum femur.
bidens amica Romuli senis memor
paratur, inter atra cuius inguina
latet iacente pantice abditus specus,
vagaque pelle tectus annuo gelu
araneosus obsidet forem situs.
tibi haec paratur, ut tuum ter aut quater
voret profunda fossa lubricum caput.
licebit aeger angue lentior cubes,
tereris usque, donec a miser miser
triplexque quadruplexque compleas specum.
superbia ista proderit nihil, simul
vagum sonante merseris caput luto.
quid est, iners? pigetne lentitudinis?
licebit hoc inultus auferas semel:
sed ille cum redibit aureus puer,
simul sonante senseris iter pede,
repente nervos excubet libidine,

LXXXIII 4 vieta *Heinsius* | 19 o cui meum *codex Cuiacianus qui* at o *omisit, unde conieci* otium meum malum | 22 ingemente *exemplaria vetera* | 42 rigente *Cuiacianus*

et inquietus inguina arrigat tumor,
neque incitare cesset usque dum mihi
venus iocosa molle ruperit latus.

LXXXIIII

Vere rosa, autumno pomis, aestate frequentor
spicis: una mihi est horrida pestis hiemps.
nam frigus metuo et vereor, ne ligneus ignem
hic deus ignavis praebeat agricolis.

LXXXV

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
ego arida, o viator, ecce populus
agellulum hunc, sinistra et ante quem vides,
erique villulam hortulumque pauperis
tuor malaque furis arceo manu.
mihi corolla picta vere ponitur,
mihi rubens arista sole fervido,
mihi virente dulcis uva pampino,
mihique glauca oliva cocta frigore.
meis capella delicata pascuis
in urbem adulta lacte portat ubera,
meisque pinguis agnus ex ovilibus
gravem domum remittit aere dexteram,
teneraque matre mugiente vaccula
deum profundit ante templa sanguinem.
proin, viator, hunc deum vereberis
manumque sorsum habebis. hoc tibi expedit,
parata namque crux stat ista mentula.
'velim pol' inquis? at pol ecce vilicus
venit, valente cui revulsa bracchio
fit ista mentula apta clava dexterae.

LXXXVI

Hunc ego, o iuvenes, locum villulamque palustrem
tectam vimine iunceo caricisque maniplis
quercus arida rustica fabricata securi
nutrior magis et magis ut beata quotannis.

LXXXIIII 1 pomis autumno *Lachmannus* ‖ LXXXV 9 mihi glauca oliva duro cocta | 14 tenerque *libri alii.* buculus *Hauptius* | 18 trux *Is. Vossius* | stat ista] uestat ‖ LXXXVI 4 *fortasse* tutor ut | sit beata *Vossius*, fit *Baehrensius*

huius nam domini colunt me deumque salutant
pauperis tuguri pater filiusque adulescens,
alter assidua cavens diligentia, ut herbae
asper aut rubus a meo sint remota sacello,
alter parva manu ferens saepe munera larga.
florido mihi ponitur picta vere corolla,
primitus tenera virens spica mollis arista,
luteae violae mihi lacteumque papaver
pallentesque cucurbitae et suave olentia mala,
uva pampinea rubens educata sub umbra.
sanguine haec etiam mihi — sed tacebitis — arma
barbatus linit hirculus cornipesque capella.
pro quis munia honoribus nunc necesse Priapo est
praestare et domini hortulum vineamque tueri.
quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas.
vicinus prope dives est negligensque Priapus:
inde sumite, semita haec deinde vos feret ipsa.

LXXXVI 7 colens | 17 omnia honoribus hoc | 20 Priapi *Thielmannus*

NOMINVM INDEX

nucem Abellanam 51, 12
Acontius 16, 5
Aeacida 68, 14
Aesculapius 36, 8
Alcides 9, 9
Alcinous 60, 2 Alcinoi filia 68, 25
Amor 9, 12
Apollo 39, 2 Apollinea manu 20, 4
Arcadum silvas 75, 7 Arcadas Faunos 36, 5
Arete 51, 6
Aristagoras vilicus 42, 1
Atlantiadem Calypsun 68, 23
Bacchus 9, 11 : 36, 3 : 53, 1
Cadmus 67, 2
Calypso 68, 23
Cecropias arces 75, 4
Ceres 53, 4 : 75, 12
Chryses 68, 12
Circe 68, 23
Cnidos 75, 14
Crete 75, 6
Cupido 39, 4
Cumaea Sibylla 12, 2
Cyllene 75, 10
Cynthios colles 75, 6
Cyzicos 75, 13
Delia 75, 6
Delphi 75, 5
Diana 9, 8
Dido 67, 1
Dodone 75, 1
Dryades 33, 1
Dulichius vir 68, 24
Elephantidos libelli 4, 2
Epicuros 12, 15
Erigone 62, 2
Faunus 75, 7 Faunos 36, 5
Gades 75, 9
Gallus *ambigue* 55, 6
Hectoris parens 12, 1
Hennaeae nurus 75, 12
Hercules 20, 5 : 36, 2 : 75, 9
Hesperidum hortus 16, 2
Hippomenes 16, 1
Homerus 80, 5 Homeriacas notas 68, 4
Ilias 68, 17
laxior Indicis bracis 46, 4
Iuno 75, 2
Iuppiter 3, 5 : 20, 1 : 75, 1 sub Iove 14, 8
Lalage 4, 3
Lampsacus 55, 6
conveniens Latio supercilium 1, 2 Latine dicere 3, 9
Lemnos 75, 11 tutela Lemni 36, 7
Liber 20, 3
Lyaeus 39, 3
Maenalos 75, 7
Mars 20, 2 : 36, 9 Mavors 9, 5
Maura puella 45, 1 non candidior Mauro 46, 1
Medis laxior bracis 46, 5
Mercurius 39, 1
Minerva 20, 2 : 36, 4 crassa Minerva meast 3, 10
Musae 2, 4
Mycena ditis 75, 2
Naides 33, 1
Nausicaa 16, 4
Neptuni fuscina 20, 1
Nestor 57, 4 : 77, 4
Nymphae 33, 4
Pallas 75, 4 Palladis hasta 9, 6
Paphos 75, 14
Pelethronia cithara 68, 15
Penelope 67, 1 : 68, 37 Penelopea 68, 28
Perspectus cultor agelli 82, 2
privignum Phaedrae 19, 6
Phidiaca manu 10, 3
Philaenis 63, 17
Phoebus 9, 7 : 36, 1 : 37, 6 soror Phoebi 1, 3 filius Phoebi 37, 6
Picenis truncis *malis* 51, 7
Pierius chorus 2, 7
Praxiteles 10, 2
Priamus 57, 4 : 77, 4
Priapus 5, 1 : 6, 1 : 10, 5 : 48, 2 :

86, 20 Priapi 2, 8 Priapo 27, 3: 77, 17: 86, 17 Priapum 26, 6 Priape 2, 1: 16, 8: 19, 5: 21, 2: 29, 1: 30, 1: 37, 8: 42, 4: 50, 1. 6: 60, 1: 65, 3: [72]: 79, 1: 81, 2: 82, 2: 83, 6. 15 Priapo 36, 11 antiqui Priapi 33, 1
Pygmaeo brevior 46, 3
Pythius 75, 5
notissima circo Quintia 27, 2
porro Quirites 26, 1
Remus 67, 2
Rhodos 75, 8
Romulus 83, 26
Samos 75, 2
Schoeneis 16, 1
Scopas 10, 2
soror Sibyllae 12, 2
Sirius 62, 2
Sol 75, 8
Suburanae puellae 40, 1
Taenaros 75, 3 Taenario cunno 68, 9
Tantalida 68, 11
Telethusa circulatrix 19, 1: 40, 1
Theseus 12, 4
Tibur 75, 9
Tithonus 57, 4: 77, 4
o Triphalle 83, 9
Troica mentula 68, 9
Tuscus haruspex 32, 5
Tydeus 80, 5
Venus 36, 4: 75, 14: 83, 45
Vesta 1, 3 pudicior Vesta 31, 2
Vlixes 68, 33 error fallentis Vlixi 68, 19

MEMORABILIA

agellulus 85, 3 *in quo carmine tenella plura*
angue lentior cubes 83, 33
ara *muliebria* 73, 4
basis hendecasyllabi iambica semel 4, 2
bracchia macra dabo *pedicabo* 72, 2
capulum coleorum 25, 7
Catulli versus aut sensus 52, 12: 64, 1: 83, 30
clusus citharoedus *infibulatus* 77, riget dura crystallo 63, 6 [14
da pedicare 3, 9: 67
ductor ferreus 32, 14
elisio inelegans rosā aútumno 83, 1 diligéntiā ut 86, 7
gerundivum quot pondost tibi mentulam cacandum 69, 4
Graeci carminis (*anth. Planud. 4, 236*) *interpretatio carmen* 24
Homeri interpres Priapus 68
hortus *pudenda* 5, 4
landica 78, 5
larualis macies 32, 12
litteraturam tangunt 7 54 67
mentula merdaleast 68, 8
metra: hendecasyllabi triciens octiens adhibiti, disticha triciens septiens, choliambi octiens (31 36 47 51 58 63 78 79), *iambi puri* 83 *et* 85, *priapei* 86
mutuniatus 52, 10 [rubricato mutinio 72]
Ovidii carmen 3
pantex 83, 28
pedalis contus 11, 3: 28, 3
pensilibus peculiati 52, 7
pictum membrum 37, 1 *cum scroto* 54
que *disiunctum a poetae narratione adiunctum verbo loquentis more Ovidiano* 24, 3
quidam Reges 25, 4
poma de sacra via 21, 4
salignae verpae 34, 5
sessiles lactucae 51, 19
pone supercilium 1, 2 mentula subducti supercilii 49, 4
supinum dis me legitimis-curatum dare mentulam verebar 37, 7
testes *ambigue* 15, 7
Tibulli *carmina* 82 83
traiecta in tertium locum et 51, 28 nec 51, 11 sed 19, 6
vappae 14, 6
* verminare 58, 2
vilicus aerari 82, 1
velle quid hanc dicas hastam *puellam* 44, 1

VARRONIS
MENIPPEARVM RELIQVIAE

Cicero academicorum post. I 8 in persona Varronis: in illis veteribus nostris, quae Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, quo facilius minus docti intellegerent iucunditate quadam ad legendum invitati, multa admixta ex intima philosophia, multa dicta dialectice. *deinde in sua persona Varronem adlocutus 9:* plurimumque idem poetis nostris omninoque latinis et literis luminis et verbis attulisti atque ipse varium et elegans omni fere numero poema fecisti philosophiamque multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad edocendum parum.

Quintilianus institutionis orat. X 1, 95: alterum illud etiam prius saturae genus sed non sola carminum varietate mixtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditissimus.

Probus interpres Vergili ecl. VI 31: Varro quist Menippeus non a magistro, cuius aetas longe praecesserat, nominatus, sed a societate ingenii, quod is quoque omnigeno carmine satiras suas expoliverat.

Gellius noctium Att. II 18: Menippus cuius libros M. Varro in satiris aemulatus est, quas alii cynicas, ipse appellat Menippeas.

Hieronymus in extremo indice librorum Varronis (mus. rhen. XII p. 151) commemorat satirarum Menippearum libros CL, poematum libros X, orationum libros XXII, pseudotragoediarum libros VI, satirarum libros IIII.

ABORIGINES

περὶ ἀνθρώπων φύσεως

I (5)

íta sublimis spéribus 1
iáctato homines, át volitantis áltos nitens trúdito

II (2)

grúndit tepidó lacte satúr mola mactátus 2
porcus

III (1)

múgit bovis, óvi' balat, equi hínniunt, gallína 3
pipat

IIII (4)

itaque brevi tempore magna pars in desiderium puparum 4
et sigillorum veniebat

V (3)

sed neque vetulus canterius quam novellus melior, nec 5
canitudini comes virtus

AGATHO

I (6)

neque aúro aut genere aut múltiplici sciéntia 6
sufflatus quaerit Socratis vestigia

II (5)

numnám caelatus ín manu dextrá scyphus, 7
caelo dolitus, artem ostentat Mentoris?

Ex Nonii, qui prope omnes unus has reliquias servavit, cuius librum optimum dico Parisiensem 7667, testiumque aliorum codicibus scripturas adnotavi maxime profuturas, siqui in emendandis illis porro elaborabunt. meis numeris adiecti sunt ei quos Riesius fecerat in editione Lipsiensi a. 1865.

1 *Nonius p.* 171 *Merc. in* sperem | homines at] nominatuo ‖ 2 *N. p.* 114 grundire ‖ 3 *N. p.* 156 pipare ‖ 4 *N. p.* 156 pupae: *in satura hoc fr. conlocatum erat ante* 3 ‖ 5 *N. p.* 82 canitudinem

6 *N. p.* 46 sufflatum ‖ 7 *N. p.* 99 dolitum *et p.* 436 caelare

III (*spurium*)

8 quid tristiorem video te esse quam antidhac,
Lampadio? numquid familiaris filius
amat, nec spes est auxili argentaria,
ideoque scapulae metuunt virgidemiam?

IIII (8)

9 haec postquam dixit, cedit citu' celsu' tolutim

V (1)

10 pueri obscenis verbis novae nuptulae aures returant

VI (2)

11 virgo de convivio abducatur ideo quod maiores nostri virginis acerbae auris veneriis vocabulis imbui noluerunt

VII (4)

12 et pueri in aedibus saepius pedibus offensant, dum recentes musteos in carnario fluitare suspiciunt

VIII (7)

13 quid multa? factus sum vespertilio, neque in muribus plane neque in volucribus sum

VIIII (8)

14 Duloreste qui merita hominem et servum facit

AGE MODO

I (1)

15 Argó citiremem

II (2)

16 *hic* Aenea

III (3)

17 terra culturae causa attributa olim particulatim hominibus, ut Etruria Tuscis, Samnium Sabellis

AIAX STRAMENTICIVS

18 hac re aeger medicos exquisitim convocabat, ut convalesceret

---

8 *N. p.* 187 virgindemiam ‖ 9 *N. p.* 4 tolutim ‖ 10 *N. p.* 167 returare *et* p. 357 obscenum ‖ 11 *N. p.* 247 acerbum *et p.* 521 imbuere | abducebatur *Baehrensius* ‖ 12 *N. p.* 400 suspicere | fluitantes *Laurenbergius* ‖ 13 *N. p.* 47 vespertilio ‖ 14 *N. p.* 345 meret | *fortasse* meret alimoniam | se servum *Mercerus* | *adhaerent tanquam Varroniana* unde et mercennarii et meretrices dicuntur

15 *Charisius p.* 118 *K.* ‖ 16 *Charisius p.* 66 *et p.* 120 ‖ 17 *Philargyrius Verg. georg.* II 167

18 *Nonius p.* 513 exquisitim | convocabas

ΑΛΛΟΣ ΟΥΤΟΣ ΗΡΑΚΛΗΣ

I (1)

gravidaque máter peperít Iovi puéllum 19

II (2)

Varro in hac Menippea] cum de invicto Hercule loqueretur, 20
eundem esse ac Martem probavit

ΑΛΛ' ΟΥ ΜΕΝΕΙ ΣΕ

περὶ φιλαργυρίας

I (4)

quém secuntur cúm rutundis vélites levés parmis, 21
antesignani quadratis multisignibus tecti

II (3)

etenim quibus seges praebeat domum, escam, potionem, 22
quid desideremus?

III (2)

quaero *a* te, utrum hoc adduxerit caeli temperatura an 23
terrae bonitas

IIII (1)

nos barbari, quod innocentes in gabalum suffigimus ho- 24
mines; vos non barbari, quod noxios obicitis bestiis?

ANDABATAE

I (11)

anima út conclusa in vésica, quandó est arte religáta, 25
si pertuderis, aëra reddet

II (7)

cándidum lact é papilla cúm fluit, signúm putant 26
partuis, quod hic sequatur mulierem e partu liquor

III (3)

néc manus viscó tenaci tínxerat virí castas 27

IIII (5)

mortáles multi rúrsus ac prorsús meant 28

---

19 *Priscianus* VI *p.* 232 *H.* | alvo *post* mater *Lachmannus adicit* ‖ 20 *Macrobius sat.* III 12, 5 | de multo Hercule

21 *Nonius p.* 553 antesignanorum *et p.* 552 veles | multis insignibus ‖ 22 *N. p.* 395 segetem ‖ 23 *N. p.* 179 temperatura ‖ 24 *N. p.* 117 gabalum | quid noxios obuestis

25 *N. p.* 241 aer | ligata ‖ 26 *N. p.* 486 parti *et p.* 483 lacte | a partu *Carrio* ‖ 27 *N. p.* 267 castum | casta ‖ 28 *N. p.* 384 rursus

V (2)

29 'edepol idem caecus, non luscitiosus est

VI (1)

30 non mirum si caecuttis, aurum enim non minus praestringit oculos quam ὁ πολὺς ἄκρατος

VII (9)

31 sed quidvis potius homo quam caruncula nostra

VIII (10)

32 in reliquo corpore ab hoc fonte diffusast anima, hinc animus ad intellegentiam tributus

VIIII (8)

33 ideoque alterum appellamus a calendo calorem, alterum a fervore febrim

X (4)

34 et me Iuppiter Olympiae, Minerva Athenis suis mystagogis vindicassent

XI (6)

35 sed quod haec loca aliquid genunt

ΑΝΘΡΩΠΟΠΟΛΙΣ

περὶ γενεθλιακῆς

I (2)

36 nón fit thesauris, non auro pectu' solutum;
non demunt animis curas ac religiones
Persarum montes, non atria diviti' Crassi

II (1)

37 vulgóque avarus faénerator spé lucri
rem scriptione duplicarat

III (3)

38 dotís dato insulám Chrysam, agrum Caécubum, seplásia Capuae, macellum Romuli

IIII (4)

39 et hymenaeus, qui primo lavere alvum marsuppio solet

---

29 *N. p.* 135 lusciosi *cf. Plauti mil.* 323 edepol tu quidem caecus, non luscitiosu's ‖ 30 *N. p.* 34 praestringere ‖ 31 *Priscianus* VI *p.* 209 ‖ 32 *Nonius p.* 426 animus ‖ 33 *N. p.* 46 febris | idque ‖ 34 *N. p.* 419 vindicare ‖ 35 *Priscianus* X *p.* 528

36 *Nonius p.* 379 religio ‖ 37 *N. p.* 174 scriptione ‖ 38 *N. p.* 226 seplasium | Chrysam insulam *Langius* ‖ 39 *N. p.* 503 lavit

V (6)

non modo vinum dare, sed etiam ut Plautus ait 'murrinam, passum, defrutum' 40

VI (5)

nam in omnibus legi *καθ' ὑπερβατόν* 'ne dares, ne pol- liceres, quod datum est' 41

ARMORVM IVDICIVM

I (2)

ut in litore cancri digitis primoribus stare 42

II (1)

illic viros hortari, ut rixarent praeclari philosophi 43

BAIAE

quod non solum innubae fiunt communis, sed etiam veteres repuerascunt et multi pueri puellascunt 44

BIMARCVS

I (2)

τρόπων τρόπους qui nón modo ignorásse me 45
clamat, sed omnino omnis heroas negat
nescisse

II (15)

quod utrúm sit magnum aṅ párvum, facile an difficul 46

III (18)

ipsúm propter vix liberti semiátrati exequiántur 47

IIII (17)

psephístis dicite lábdeae et vivós contemnite vívi, 48
anticipate atque addite calcar, stultos contemnite docti

V (20)

naútae rémivagám movént celócem 49

---

40 *N. p.* 551 murrina | vinum se dare *codex optimus* ‖ 41 *N. p.* 471 pollicere

42 *N. p.* 427 priores: *fortasse Aristophaneus versus sine capite* ‖ 43 *N. p.* 477 rixat

44 *N. p.* 154 puellascere ... Varro Bais quod *ut vehementer dubitem an cum sequentibus nomen Baiarum coniungendum sit* | veteres puellascunt

45 *N. p.* 530 ‖ 46 *N. p.* 111 facul ‖ 47 *N. p.* 107 exequiantur ‖ 48 *N. p.* 70 anticipare | ipse fistis: *fortasse* his psephistis dicite 'labda' et ‖ 49 *N. p.* 532 celox

VI (21)

50 út levis tippúla lymphon frígidos transít lacus

VII (22)

51 scaéna quem seném Latina vídit derissíssimum

VIII (25)

52 cúm novissimé putaret, quántum sumpti fécerit

VIIII (13)

53 mágna uti treméscat Roma et mágnae mandonúm gulae

X (12)

54 ét pater divúm trisulcum fúlmen igni férvido actum
mittat in tholum macelli

XI (10)

55 chortís cocorum atque hámiotarum aúcupumque

XII (11)

56 túnc repente caélitum altum tónitribus templúm tonescit

XIII (23)

57 ne mé pedatus ∠ ∪ versuúm tardor
refrenet arte compari rhythmon certum

XIIII (19)

58 mihique dividum stilo nostro papyri inplevit scapos capitis novo partu poeticon

XV (1)

59 cum Quintipor Clodius tot comoedias sine ulla fecerit musa, ego unum libellum non 'edolem' ut ait Ennius?

XVI (3)

60 ebrius es Marce, Odyssian enim Homeri ruminari incipis, cum *περὶ τρόπων* scripturum te Seio receperis

XVII (4)

61 ideo fuga hostium graece vocatur *τροπή*. hinc spolia capta fixa in stipitibus appellantur tropaea

XVIII (5)

62 *κατάχρησις* est enim vera, cum in candelabro pendet strigilis

---

50 *N. p.* 180 tippula ‖ 51 *N. p.* 100 dirissisimum ‖ 52 *N. p.* 484 sumpti | mutaret ‖ 53 *N. p.* 17 manducones | ut ‖ 54 *N. p.* 448 sulcus ‖ 55 *N. p.* 25 hamiotas ‖ 56 *N. p.* 180 tonescit ‖ 57 *N. p.* 229 tarditas | *potuit esse* pedatus rite *aut* pedatura atq. ‖ 58 *N. p.* 168 scapum | inplevit] nolevii | capitio | novom partum *Oehlerus* ‖ 59 *N. p.* 448 edolare ‖ 60 *N. p.* 383 recipere *et p.* 480 ruminatum ‖ 61 *N. p.* 55 tropaei ‖ 62 *N. p.* 223 strigilim ... neutri, *itaque* strigile *aut* strigil *corrigunt*

XVIIII (24)

avi et atavi nostri, cum alium ac caepe eorum verba olerent, tamen optume animati erant 63

XX (7)

sociis es *hostis*, hostibus socius, bellum ita geris ut bella omnia domum auferas 64

XXI (8)

in invidiam veniant in hoc ipso rapinatores 65

XXII (6)

non te pudet Mani, cum domi tuae vides commilitonum tuorum cohortes servis tuis ministrare caementa? 66

XXIII (14)

nos ergo nihil egimus, quod legem Lucaniam luci claro latam scutulans? 67

XXIIII (26)

Volcanum aecum novae lagoenae ollarum figurator precatur 68

XXV (16)

ut novum cribrum novo paxillo pendeat 69

XXVI (9)

non Hercules potest, qui Augeae egessit *κόπρον* 70

CAPRINVM PROELIVM

περὶ ἡδονῆς

I (2)

únam virtutem propriam mortalibu' fecit,
cetera promisque voluit communia habere 71

II (1)

ne vobis censeam, si ad me referetis 72

III (3)

non posse se amplius perferre, tamen suadet notat 73

---

63 *N. p.* 201 caepe ‖ 64 *N. p.* 248 bellum ‖ 65 *N. p.* 167 rapinatores ‖ 66 *N. p.* 91 *et* 196 caementa ‖ 67 *N. p.* 210 lux | Liciniam *Oehlerus*, Lutatiam *Quicheratius* | *ἐσκοτώσαμεν Hertzius* ‖ 68 *N. p.* 543 aula | Vulcanum nec cum | figurater *vel* figuratur *libri plerique* | precantur ‖ 69 *N. p.* 153 paxillus ‖ 70 *N. p.* 243 agere *ita ut legisse eum putes* egisset | augebes sed conpron

71 *N. p.* 361 proprium ‖ 72 *N. p.* 267 censere: *fortasse senariorum particulae* ‖ 73 *N. p.* 302 ferre | posses eam amplius *codices pleniores* | suadet ut notat *eidem*, *conieci* instat

CATAMITVS

74 scabere

CAVE CANEM

75 ubi rivus praécipitatu in némore deorsum rápitur atque offénsus aliquo a scopulo lapidoso albicatur

COLVMNA HERCVLIS

περὶ δόξης

76 itaque eas inceravi *et conscribillavi* Herculis athlis

CRAS CREDO HODIE NIHIL

I (2)

77 átque ut igni férvido medúllitus
aquiloniam intus eruat frigedinem

II (1)

78 quíbus instabilis ánimus ardens mútabiliter ávet habere et non habere fastidiliter inconstanti pectore

CYCNVS

περὶ ταφῆς

I (1)

79 tua témpla ad alta fáni properáns citus iteré

II (3)

80 denique si vestimenta ei opus sunt quae fers, cur conscindis? si non opus sunt, cur fers?

III (2)

81 quare Heraclides Ponticos plus sapit, qui praecepit ut comburerent, quam Democritus, qui ut in melle servarent. quem si vulgus secutus esset, peream si centum denariis calicem mulsi emere possemus

CYNICVS

82 si mehercule pergunt et deorum cura non satisfacitur rei publicae

---

74 *Eutyches gram.* V *p.* 268 *K.*

75 *Nonius p.* 75 albicatur | praecipitatur | in more *codex optimus ut conicias* praecipitanter in mare

76 *N. p.* 82 conscribillavi

77 *N. p.* 139 medullitus *et p.* 206 frigus ‖ 78 *N. p.* 112 fastidiliter *et p.* 139 mutabiliter

79 *N. p.* 485 iteris ‖ 80 *N. p.* 497 accusativus ‖ 81 *N. p.* 230 vulgus

82 *Priscianus* VIII *p.* 376

DE OFFICIO MARITI

vitium uxoris aut tollendum aut ferendum est: qui tollit 83
vitium, uxorem commodiorem praestat; qui fert, sese meliorem
facit

DE SALVTE

Varro in satura quae scribitur de salute ait mundum haud 84
natum esse neque mori

DESVLTORIVS

περὶ τοῦ γράφειν

I (2)

álius dominí deliciás phaselon áctum 85
tonsillitore mobilem flictam
solvit

II (1)

férvere piratis vastarique omnia circum 86

DEVICTI

περὶ φιλονικίας

I (4)

properáte 87
vívere, puerae, quas sinit aétatula lúdere, esse, a-
máre et venerís tenere bígas

II (1)

quis rutundam facere cetram nequeat? 88

III (2)

dicat pugilis: 'spectatores qui miserum putatis vinci, quae- 89
ro a vobis, si adversarius supercilia mihi caestis descobinarit, num-
quis vestrum sua mihi est daturus?'

---

83 *Gellius* I 17, 4 Varro in satura Menippea quam de officio mariti scripsit, *fortasse in εὕρεν ἢ λοπάς*

84 *Philargyrius Verg. georg.* II 336

85 *Nonius p.* 534 faselus | faselo nactum *vel* natum: aptum tonsilla *Gerlachius* | flicitem *codex optimus*: a litore mobile in fluentum *Roeperus. versus formam ego talem fuisse putabam* phaselon altum tonsilla humili in litore mobilem ligatum ‖ 86 *N. p.* 503 fervit

87 *N. p.* 156 puerae: *periodos statui ionicorum continentium conlatis Laevianis quas Charisius servavit p.* 288. *sotadeos Lachmannus fecerat quorum alter compleretur addito post* aetatula *spondeo trochaeove. una fiet periodus si admiseris* properateque | qua sinit *pars librorum* ‖ 88 *N. p.* 82 cetram: *trochaico septenario Roeperus attribuit* ‖ 89 *N. p.* 492 cestis | *fortasse* pugil

IIII (3)

90 libet me epigrammatia facere, et quoniam nomina non memini, quod in solum mihi venerit, ponam

ΔΙΣ ΠΑΙΔΕΣ ΟΙ ΓΕΡΟΝΤΕΣ

91 purum putum

DOLIVM AVT SERIA

92 mundús domus est maxíma homulli
quam quinque altitono agmine zonae
cingunt, per quam limbus pictus
bis sex signis stellumicantibus
5 altus in obliquo aethere Lunae
bigas acceptat

ECDEMETICVS

93 quadrigam

EKATOMBH

περὶ θυσιῶν

I (3)

94 páter út cruore láveret ararum ággeres

II (4)

95 at régis ensis sánguine inbutús nigro

III (1)

96 Ludón fluens sub Sárdibus flumén tulit
aurum, later quod conquadravit regius

IIII (2)

97 ubi illa phalera gémmea atque ephíppia
et arma margaritis candicantia

V (5)

98 mea igitur hécatombe pura ác puta

---

90 *N. p.* 500 accusativus pro genitivo | epigrammata *alii libri*

91 *Gellius* VII 5, 10

92 *Probus Verg. ecl.* 6, 31 | 2 altitonae fragmine *unde Scaliger* quinque áltitonae hanc fragmine

93 *Gellius* XIX 8, 17 quadrigam numero singulari dictam, *ubi libri* Exdemeticus

94 *Nonius p.* 466 lavare *et p.* 504 lavit | aggerem *vel* aggerum *p.* 504 ‖ 95 *N. p.* 521 imbuere ‖ 96 *N. p.* 131 later *et p.* 520 lateres | religio *p.* 131 ‖ 97 *N. p.* 213 margaritum | gemmeaque *plerique libri,* gemme atque *unus* | margariti *κανδικαντια* ‖ 98 *N. p.* 27 putus

VI (6)

Socrates cum in vinculis publicis esset et iam bibisset *κώ-* 99
νειον, in exodio vitae

VII (7)

habes qui et cuius rei causa fecerim hecatomben: in quo 100
ego ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi

ENDYMIONES

I (8)

ut Mércurium Arcadón colónum 101

II (4)

discumbimus mussati, dominus maturo ovo cenam com- 102
mittit

III (6)

dum sermone cenulam variamus, 103
interea tonuit bene tempestate serena

IIII (5)

divitum amphoras Chias ad communem revocat matellam 104

V (1)

animum mitto speculatum tota urbe, ut quid facerent ho- 105
mines, cum experrecti sint, me faceret certiorem; siquis melius operam sumeret, ut eius consilio potius vigilium adminicularem nostrum. quid vidit aliud curantem extremo noctis tempore

VI (3)

qui si ut vigilare matura coepisti, in eo *te* retinueris 106

VII (2)

quare si in somnum recciderís et *ἀωρί ποτε* eris iterum 107
exporrectus

VIII (7)

sic ad vos citius opinione vertilabundus miser decidi 108

---

99 *N. p.* 27 exodium: *legebatur in satura ante fr.* 98 ‖ 100 *N. p.* 131 lutavi

101 *N. p.* 250 colere: *potest pro hendecasyllabo poni ionicus versus* ‖ 102 *N. p.* 249 committere *et p.* 282 dominus *et p.* 349 maturum | mussati *p.* 282: muscati *p.* 349, multi *p.* 249 | maturo ovo ad cenam *p.* 349, matura cenam *p.* 249, mandarenam *p.* 282. *lusi* mulsum dominus maturaq. ova dat, cenam ‖ 103 *N. p.* 408 tempestas ‖ 104 *N. p.* 543 matella | aphocas: apothecas *Turnebus* ‖ 105 *N. p.* 232 vigiliae | opera sumeret | qui videt alium *codex unus prima manu* | curvantem extrema ‖ 106 *N. p.* 349 maturum | quodsi *Vahlenus* | mature *Iunius* ‖ 107 *N. p.* 47 exporrectum | quaeres in somnium | et *δδουρεποτε* ‖ 108 *N. p.* 356 opinio

EPITAPHIONES

περὶ τάφων

I (1)

109 donéc foras nos íntus evalláverunt

II (2)

110 pleni libri, inquam, ubi maneant epitaphia eorum, quorum in sepulcris nec vola nec vestigium extat

EST MODVS MATVLAE

περὶ μέθης

I (1)

111 vinó nihil iucúndius quisquám bibit:
hoc aegritudinem ad medendam invenerunt,
hoc hilaritatis dulce seminarium,
hoc continet coagulum convivia

II (6)

112 Ísmenias híc Thebogenés fluit scatúrrex

III (3)

113 quis in omni vita heluo *πιοδεπς* olfacit temetum?

IIII (2)

114 dolia atque apothecas, tricliniaris, Melicas, Calenas obbas et Cumanos calices

V (5)

115 non vides ipsos deos, siquando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana et tamen tum ipsi illi Libero simpuio vinum dari

VI (4)

116 cupas vinarias sirpare noli. adde cyathum vini in uxorculae pocillum

EVMENIDES

I (45)

117 sed nós simul atque in súmmam speculam vénimus,
videmus populum furiis instinctum tribus
diversum ferri exterritum formidine

---

109 *N. p.* 102 evallavero ‖ 110 *N. p.* 416 vola | maneantepeticorum: *prius edideram* epitaphii

111 *N. p.* 28 coagulum ‖ 112 *N. p.* 172 scaturrex ‖ 113 *N. p.* 5 temulenta | *latet verbum compositum ut πιθοδεής* ‖ 114 *N. p.* 146 obba *et p.* 545 *ter in* obba, dolia, calices ‖ 115 *N. p.* 544 simpuium | illi *omittunt duo codices*, ipsum libero *optimus* | vinitari: invitari *Itali* ‖ 116 *N. p.* 83 cupas | uxorculemopicillum

117 *N. p.* 434 specula *et p.* 295 exterritum | pervenimus

II (17)

neque furéntem eculeum Dámacrinum 118
insánus equiso ex ipsis morbi fluctibus
educet umquam

III (39)

nam quaé venustas híc adest gallántibus, 119
quae casta vestis aetasque adulescentium,
quae teneris species

IIII (41)

partím venusta múliebri ornati stola 120

V (42)

aurórat ostrinum hic indutus súpparum, 121
coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit
luce locum afficiens

VI (15)

postrémo nemo aegrótus quicquam sómniat 122
iam infandum, quod non aliquis dicat philosophus

VII (46)

tertía Poenarum 123
Infámia stans nixa in vulgi
pectore flutanti, intonsa coma,
sordida vestitu, ore severo

VIII (31)

propter percrepis 124
vocíbu' volitans aureis volgi

VIIII (16)

Aiax tum credit ferro se caedere Vlixem, 125
cum bacchans silvam caedit porcosque trucidat

X (20)

dénique qui sit avarus 126
sanus? cui si stet terrai traditus orbis,
furando tamen a morbo stimulatus eodem
ex sese ipse aliquid quaerat cogatque peculi

118 *N. p.* 105 eculeos *et p.* 106 equiso | Damacrianum *p.* 105, *cuius vocabuli cum scriptura origo mensura incerta sit, in principio versus non facile decernas utrum pes sesquialter an una syllaba desit* | exhibebis morbi: ex saevis *Turnebus* ‖ 119 *N. p.* 119 gallare, *p.* 267 castum, *p.* 386 species | aetas quae | tenera *Ribbeckius* ‖ 120 *N. p.* 537 stolam | ornat ‖ 121 *N. p.* 549 ostrinam, *p.* 540 supparum, *p.* 519 affici | auroratonstrinam ‖ 122 *N. p.* 56 infans ‖ 123 *N. p.* 390 severum | nexa | fluctuanti: *an* luctanti? ‖ 124 *N. p.* 255 crepare: *restituendum ad hunc modum* propter volitans vocibu' percrepat aureis volgi ‖ 125 *N. p.* 272 caedere | maximum credit | baccha: vaccas flagro *Roeperus* ‖ 126 *N. p.* 392 stat *et p.* 264 cogere | qui sanus est avarus cui | ac morbo

XI (18)

127 quíd dubitatis, utrum nunc sitis cercopitheci
an colubrae an volvae de Albuci subus Athenis?

XII (26)

128 hóspes quid miras nummo curare Serapim?
quid quasi non curet tanti item Aristoteles

XIII (27)

129 aút ambos mira aut noli mirare de me de eodem

XIIII (40)

130 ut Náides undicolae

XV (36)

131 Phrygiús per ossa córnus liquidá canit animá

XVI (35)

132 tibi týpana non ináni sonitú matri' deúm
tonimus *chorus* tibi nos, tibi nunc semiviri
teretem comam volantem iactant tibi famuli

XVII (44)

133 apage ín dierectum á domo nostra ístam insanitátem

XVIII (1)

134 quin míhi caperratám tuam frontém Strobile, omíttis?

XVIIII (3)

135 nunc córius ulmum *cum* tuus depávit, pergis? heía

XX (2)

136 contrá cum psalte Písia et cum Flóra lurcare ác strepis

XXI (19)

137 tu nón insanis, quóm tibi vino córpus corrumpís mero?

XXII (28)

138 ín somnis venít, iubet me caépam esse et sisýmbrium

---

127 *N. p.* 201 colubra | bolvae an de albu cibus labus Athenis ‖ 128 *N. p.* 480 miras | nummo] animo | curat tantidem: *latet tale* Serapim quidvis? non curat tanti idem A.? ‖ 129 *N. p.* 480 miras *post fr.* 128 | deo me *vel* idem eodem *ut in mutila sententia proposuimus* ‖ 130 *N. p.* 250 colere ‖ 131 *N. p.* 233 anima *et p.* 334 liquidum ‖ 132 *N. p.* 49 tonimus *et deinceps* tibinos, a tibiis modos *et p.* 328 iactare | modos *Popma inseruit, quo melius erat* tonos | iactant tibi galli ‖ 133 *N.* p. 49 dierecti *et p.* 122 insanitas ‖ 134 *N. p.* 9 caperrare ‖ 135 *N. p.* 199 corius ‖ 136 *N. p.* 11 lurcones ‖ 137 *N. p.* 344 merum | quo tibi: quod ibi *Havetus* ‖ 138 *N. p.* 201 caepa: *non puto numeros fortuito natos* | et fessiminum

XXIII (5)

simul ac lánguido 139
córpori solís calidior vísa est aura

XXIIII (38)

pruditatem an pudorem gallum coepit mihi videri 140

XXV (48)

et ecce de inproviso ad nos accedit cana Veritas, Attices 141
philosophiae alumna

XXVI (7)

cum in eo essem occupatus atque in schola curarer, ut 142
scribit Scantius, 'horno per Dionysia'

XXVII (6)

quod ea die mea erat praebitio, in ianuam 'cave canem' 143
inscribi iubeo

XXVIII (23)

et ceteri scholastici saturis auribus scholica dape atque 144
ebriis sophistice aperantologia consurgimus ieiunis oculis

XXVIIII (22)

prius quam responderem, foris nescio quis occupat res in- 145
dicare

XXX (32)

vix vulgus confluit non furiarum sed puerorum atque an- 146
cillarum, qui omnes me bilem atram agitare clamitantes opinio-
nem mihi insaniae meae confirmant

XXXI (49)

forenses decernunt ut Existimatio nomen meum in sano- 147
rum numerum referat

XXXII (21)

nam ut arquatis lutea quae non sunt et quae sunt lutea 148
videntur, sic insanis sani et furiosi videntur esse insani

---

139 *N. p.* 245 aura ‖ 140 *N. p.* 487 gallum: *fortasse septenarius trochaicus talis* probitatem ac pudorem gallum coepit mihi sic vendere, *utique carmen* ‖ 141 *N. p.* 86 canum *et p.* 243 alumnos: *septenarii ut duo fierent trochaici*, et *delebat Fleckeisenus*, *octonarium iambicum quem trochaei exciperent Meinekius fecerat* ‖ 142 *N. p.* 121 hornum *et p.* 355 occupare ‖ 143 *N. p.* 152 praebitio | ianua *Quicheratius* ‖ 144 *N. p.* 451 ebrios | dape aqua ebriis festicae. *haec et similia graece flexa a Varrone litteris Nonius quidem scripsit latinis* ‖ 145 *N. p.* 355 occupare ‖ 146 *N. p.* 242 atrum, *p.* 153 pueros, *p.* 421 vix, *p.* 356 opinio ‖ 147 *N. p.* 285 decernere *et p.* 381 referre ‖ 148 *N. p.* 35 arquatus *et p.* 549 luteus | arquatis et lutea *p.* 549, arquatis et uterque *p.* 35 | esse videntur *p.* 549

XXXIII (33)

149 iens domum praeter matris deum aedem exaudio cymbalorum sonitum

XXXIIII (34)

150 cum illo veni, video gallorum frequentiam in templo, qui cum e scaena coronam adlatam imponeret aedilis signo, synodiam gallantes vario recinebant studio

XXXV (37)

151 ubi vident se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt

XXXVI (29)

152 ego medicina Serapi utor, cotidie praecantor, intellego recte scriptum esse Delphis: *θεῷ ἕπου*

XXXVII (30)

153 'nunc de te' inquit 'meliusculam spem habeo, qui rem spurcissimam gustare nolueris'

XXXVIII (24)

154 ego autem qui essem plenus vini et veneris

XXXVIIII (25)

155 stolam calceosque muliebris propter positos capio

XXXX (43)

156 item tragici prodeunt cum capite gibbero, cum antiqua lege ad frontem superficies accedebat

XXXXI (9)

157 'quia plus' inquit 'merere debet, in quo est virtus'

XXXXII (8)

158 primum iste qui méret sestertios vicenos

XXXXIII (10)

159 quod tunc quaestus tricinus erat, nunc est uber

---

149 *N. p.* 529 praeter | iens] en: *nisi praestat* dum eo | matrem ‖ 150 *N. p.* 119 gallare | cum illos vento | quideum essena hora nam *aut* quidum *libri:* qui dum messem hornam adlatam imponunt Attidis signo *Lachmannus* | signosiae et deam gallantes: synodiam *Lachmannus dedit, an* cinaedeam? signo deae, eam gallantes *Madvicus* | retinebant *sed ut in optimo libro legi possit etiam* rec- ‖ 151 *N. p.* 102 excantare ‖ 152 *N. p.* 480 precantur | theo hera: *χρῶ Roeperus* ‖ 153 *N. p.* 394 spurcum ‖ 154 *N. p.* 498 genitivus ‖ 155 *N. p.* 253 capere | positas ‖ 156 *N. p.* 452 gibberum | *puto* accedat ‖ 157 *N. p.* 344 meret ‖ 158 *N. p.* 345 meret ‖ 159 *N. p.* 181 tricinum

XXXXIIII (11)

patella esurienti posita provocat Neapolitanas piscinas 160

XXXXV (4)

capite aperto esse iubet, ante lucem suscitat, frigore torret, venatum eicit ieiunio vilicum 161

XXXXVI (12)

ex his atque eius modi institutis ac vita vel ad Herculis athla athletae facti erant 162

XXXXVII (14)

Empedocles natos homines ex terra ait ut blitum 163

XXXXVIII (13)

ubi dicatur primus Zenon novam haeresim novo paxillo suspendisse 164

XXXXVIIII (47)

propter eam porticum situm erat dolium 165

ΕΥΡΕΝ Η ΛΟΠΑΣ ΤΟ ΠΩΜΑ

περὶ γεγαμηκότων

I (2)

ita uti soliti eramus Romae in balneis, plodere coepimus et murmurari 166

II (1)

ego, unus scilicet antiquorum hominum subductis superciliis, dicam: *γαμήσει ὁ νοῦν ἔχων* 167

III (3)

cuius ubi annis multis masculi vestigium inventum est 168

ΕΧΩ ΣΕ

περὶ τύχης

I (2)

aérea terta nitet galea 169

---

160 *N.* p. 543 patella ‖ 161 *N. p.* 452 torrere *et p.* 236 apertum | ieiunio vellicem ‖ 162 *N. p.* 528 vel ‖ 163 *N. p.* 550 blitum: *potest redigi in anapaestos* ‖ 164 *N. p.* 153 paxillus ‖ 165 *N. p.* 367 propter

166 *N. p.* 478 murmurari ‖ 167 *N. p.* 399 subducere: *titulus ibi graecus est περὶ καθηκόντων* ‖ 168 *N. p.* 526 multis annis | multis nullum masculi *Vahlenus trochaicum faciens septenarium*

169 *N. p.* 179 terta

II (3)

170 téla dextrá vibrant, rússa sagula émicant,
atque *in* insignibus Martis torquae aureae,
scuta caelata Hiberon argento gravi
crebra fulgent

III (1)

171 tegés, pruina né iacentem súbdiu
dealbet algu candicanti frigore

IIII (4)

172 sapiens et bonum ferre potest modice et malum fortiter aut leviter

ΕΩΣ ΠΟΤΕ

περὶ ὡρῶν

I (2)

173 nón posse ostrea se Romae praebere et echinos

II (1)

174 vitae cursum ut cognoscere possem, et quae servitutis et libertatis ab origine ad exodium adductae

FLAXTABVLA

περὶ ἐπαρχιῶν

I (6)

175 quare, o Marce, pransum ac paratum esse te hoc minumo oportet

II (2)

176 multi enim qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti; habet quiddam enim ἑλκυστικόν provincialis formonsula uxor

III (5)

177 nec dolorem ἀδιάφορον esse, quod philosophia commalaxarem ea πάθη, neque irato mihi habenas dedi umquam, neque cupiditati non imposui frenos

---

170 *N. p.* 228 torquem | russatia emicant | torques, *sed* torqueas aureas et *pars codicum. antehac edideram* Martiis torcues *quae scriptura eo minus probabilis est quod sic non licet dividi carmen tetrametris. extitisse olim* torqua *nomen vel* torquatus *ostendit* | Hibero: *prius posueram* Hiberorum ‖ 171 *N. p.* 72 algu | leges ruina | subdealbet (*vel* subdeabbet) algudanti frigore: *pro iambo* diu *Afranius quoque versu 105 R. extulit* ‖ 172 *N. p.* 342 modicum

173 *N. p.* 216 ostrea ‖ 174 *N. p.* 27 exodium | et quae] *deesse videtur* series

175 *N. p.* 458 pransi | esset hoc *omnes*, minume *multi libri:* esse hominem *Lipsius* ‖ 176 *N. p.* 27 strabones ‖ 177 *N. p.* 82 commalaxare | ea patrem | cupiditas non imposuit

IIII (3)

atque si addam, quanto misericordia mea heredibus meis stet, quot miseros sublevaverim 178

V (1)

quid? tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici? 179

VI (4)

domo exeo, intro, et pedes corrigiis compedio 180

ΓΕΡΟΝΤΟΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ

I (8)

érgo tum sacra religio castaeque fuerunt res omnes 181

II (10)

ín quibus Libýssa citrus fásciis cingít fores 182

III (13)

úbi graves pascántur atque alántur pavonúm greges 183

IIII (11)

vél decem messís ubi una saépiant granária 184

V (12)

víneis ubi ámpla cella tórculum respóndeat 185

VI (1)

quotiens priscus homo ac rusticus Romanus inter nundinum barbam radebat? 186

VII (2)

novos maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingillum 187

VIII (4)

vehebatur cum uxore vehiculo semel aut bis anno, cum arceram, si non vellet, non sterneret 188

VIIII (16)

non vides apud Ennium esse scriptum 'ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere'? 189

178 *N. p.* 391 stare | quanta ‖ 179 *N. p.* 219 pali | vides vites *Riesius* ‖ 180 *N. p.* 28 compedes

181 *N. p.* 267 castum ‖ religiose ‖ 182 *N. p.* 86 citrus *et p.* 451 fasciam | forem *p.* 451 ‖ 183 *N. p.* 314 grave *et p.* 440 pascere et alere ‖ 184 *N. p.* 47 granaria | mensis ‖ 185 *N. p.* 47 torculum ‖ 186 *N. p.* 214 nundinae ‖ 187 *N. p.* 47 cingillum | taciturus ‖ 188 *N. p.* 55 arcera ‖ 189 *N. p.* 261 cernere

X (3)

190 sed simul manibus trahere lanam, nec non simul oculis observare ollam pultis, ne aduratur

XI (14)

191 confluit mulierum tota Roma: quae noctu fieri initia solita etiam nunc pinea faxs indicat

XII (15)

192 rapta a nescio quo mulione raptoris ramices rumpit

XIII (9)

193 utrum oculi mihi caecuttiunt, an ego vidi servos in armis contra dominos?

XIIII (7)

194 vilico quod hanc satis si vix putant lautum

XV (5)

195 Manius Curius consul *in* Capitolio cum dilectum haberet nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebrionem

XVI (17)

196 hoc est magnum censorem esse ac non studere multos aerarios facere

XVII (6)

197 noctu cultro coquinari se traiecit; nondum enim invecti erant cultelli *ἐμπαιστοί* e Bithynia

XVIII (18)

198 putas eos non citius tricas Atellanas quam id extricaturos?

ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ

I (3)

199 út crémento córpora
fierént maiora parvo, ut suctu candidi
lactis

---

190 *N. p.* 543 aula | nec non] *an* nendo? ‖ 191 *N. p.* 112 fax | tota croma *codex optimus, putes* caterva | initio *Riccobonus* ‖ 192 *N. p.* 166 ramices ‖ 193 *N. p.* 86 caecuttiunt | oculi mei *codex bonus* ‖ 194 *N. p.* 337 lautum | *requiro tale* quod domino satis sit, vix. *alii* vilici quod habent satis, sibi vix ‖ 195 *N. p.* 19 nebulones ‖ 196 *N. p.* 190 aerarium | 197 *N. p.* 195 culter | enim mihi inventi | empestati ‖ 198 *N. p.* 8 tricae

199 *N. p.* 169 suctu | parva ut *Popma*

II (4)

dein cérto alvi fluctu út sucum
pareret mansum, quo venarum
sanguine rivos compleret.

III (5)

nil súnt Musae, Polyclés, vestrae
quas aerifice duxti

IIII (6)

ut sidéra caeli
divúm, circum terram atque axem
quae volvuntur motu orbito

V (7)

candéns corpore taurús triviae
lumine Lunae

VI (9)

nón videtis únus ut
párvulus Amor árdifeta lampade arida agat amantis aestuantis?

VII (10)

et rex
ét misellus ílle pauper ámat habetque ignem íntus acrem: hic ephebum mulieravit, hic ad moechada adulescentem cubiculum pudoris primus polluit

VIII (8)

non subsilies ac plaudes et ab Arato posces astricam coronam? quid enim hoc mirius?

VIIII (11)

nonne hominem scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum?

X (12)

qui sint secundum naturam perfecti homines, ut non modo eos spectemus sed etiam imitemur

---

200 *N. p.* 140 mansum | certe alufluctu ut sicum | *fortasse* qui ‖ 201 *N. p.* 69 aerificium *et p.* 283 ducere | policis ‖ 202 *N. p.* 148 orbitum ‖ 203 *N. p.* 267 candet | trivio ‖ 204 *N. p.* 243 agere *et p.* 312 fetum ‖ 205 *N. p.* 140 mulieravit ‖ 206 *N. p.* 135 mirius *et p.* 374 poscere | subsilis ac plaudis, *item* poscis *p.* 135 *recte opinor, ut haec quoque ad octonarios trochaicos revocentur* poscis-ástricam ‖ 207 *N. p.* 25 silones | nonne non unum scribunt | *adhaerent tanquam Varroniana* quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur ‖ 208 *N. p.* 402 spectare

XI (2)

209 non animadvertis cetarios, cum videre volunt in mari thunnos, escendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces?

XII (1)

210 age nunc contende alterum genus *φιλοθέωρον*, ecquid ibi videris melius

HERCVLES SOCRATICVS

I (1)

211 qui sutrinas facere inscius nihil homo agis

II (2)

212 in omnibus rebus bonis cotidianis, cubo in Sardianis tapetibus, chlamydas et purpurea amicula

HERCVLES TVAM FIDEM

I (1)

213 noctu Hánnibalis cúm fugavi exércitum,
Tutanus hoc Tutanum Romae nuncupor.
hacpropter omnes qui laborant, invocant

II (4)

214 procella frígida mare óbruat celócem

III (3)

215 per máritimas orás vagat

IIII (2)

216 non Tutilinam, quam ego ipse invoco, quod meae aures abs te obsidentur

IDEM ATTI QVOD TITI

217 quid ést? quid latras? quíd rabis? quid vís tibi?

---

209 *N. p.* 49 cetarii ‖ 210 *N. p.* 259 contendere | ne quid ibi viderit

211 *N. p.* 168 sutrinas. *putabam exitum velut senarii fuisse talem* qui sutrinam es facere inscius | nihilo magis *Rothius* ‖ 212 *N. p.* 542 tapete *et p.* 539 chlamys | cotidiano *Ruhnkenius*, vivo *addit Hauptius* | Sardinianis *Nonius* | clamides *codex optimus*: chlamydast purpurea amiculo *Oehlerus*

213 *N. p.* 47 Tutanus | tutela Romae *conieci ante primum versiculum supplens talem* olim quod urbis sospitavi moenia *et post tertium* Tutanum | me invocant *volgo* ‖ 214 *N. p.* 533 celox | mare] arte ‖ 215 *N. p.* 468 vagas ‖ 216 *N. p.* 47 Tutilina: *legebatur hoc in satura ante fr.* 213

217 *N. p.* 40 rabere | lateras *boni libri:* blateras *Aldina*

INGLORIVS

περὶ φθόνου

I (GLORIA 1)

vosque ín theatro, quí voluptatem aúribus 218
huc aucupatum concucurristis domo,
adeste et a me quae feram cognoscite,
domum ut feratis e theatro litteras

II (2)

tum dénique omnis cúm lucerna cómbusta est 219
in lucubrando olivitasque consumpta est

ΙΠΠΟΚΥΩΝ

I (2)

Varro equites quosdam dicit pedarios appellatos 220

II (1)

Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat 221

ΚΟΣΜΟΤΟΡΥΝΗ

περὶ φθορᾶς κόσμου

I (4)

proptér cunam capulúm positum 222
nutrix tradit pollictori

II (5)

toga tráctata est et abólla data est, 223
ad túrbam abii, fera militia
munera belli ut praestarem.

III (8)

detís habenas animaé leni, 224
dum nos ventus flamine sudo
suavem ad patriam perducit.

IIII (6)

Africa terribilis, contra concurrere civis 225
civi atque Aeneae misceri sanguine sanguen

---

218 *N. p.* 325 ignoscite *ubi libri* Varro gloriam | ignoscite *Nonius interpretatus* noscite vel discite ‖ 219 *N. p.* 148 olivitatem *ubi libri* Varro in glorio

220 *Gellius* III 18, 5 ‖ 221 *Nonius p.* 36 excuriari

222 *N. p.* 5 capulum *et p.* 157 pollictores ‖ 223 *N. p.* 538 abolla | tracta *plurimi libri:* detracta *Palmerius* | turba (*vel* turbam) ubi sera militia in munera ‖ 224 *N. p.* 233 anima ‖ 225 *N. p.* 224 sanguis | concurrere ibis atque Aenea

V (7)

226 atque
Aegaeos fluctus quam lavit ante aquilo,
saevus ubi posuit Neptuni filius urbem

VI (2)

227 singulos lectos stratos ubi habuimus, amisimus propter cariem et tineam

VII (1)

228 phrygio qui pulvinar poterat pingere, soliar deiugebat

VIII (3)

229 mulieres aliam cerneres cum stola *ὁλοπορφύρῳ*

ΚΥΝΟΔΙΔΑΣΚΑΛΙΚΑ

230 *Varro in cynodidascalico Phalaecion metrum ionicum trimetrum appellat*

ΚΥΝΟΡΗΤΩΡ

I (*κυνίστωρ*)

231 eclipsis quando fit, cur luna laboret? et si hoc ridicule credunt, dicant, quid laboret

II

232 celerius mater amixit

LEX MAENIA

I (6)

233 nos ádmirantes, quód sereno lúmine
tonuisset, oculis caeli rimari plagas

II (7)

234 non hós Pactolus aúreas undás agens
eripiet umquam e miseriis

---

226 *N. p.* 503 lavit | egeus (*vel* egetis) fluctus ‖ 227 *N. p.* 83 caries | *putes* tineas ‖ 228 *N. p.* 3 phrygio | devigebat *vel* deiugebat. *proposita sunt* depingebat refingebat diffingebat levigabat. *in CIL. VII 39 legitur* repingi *verbum* ‖ 229 *N. p.* 537 stolam | cernes *codex optimus*

230 *Caesius Bassus de metris p.* 261 *K. huius libelli argumentum non videtur discrepare cum eo quem Nonius p.* 67 parectatae *memorat* Varro de compositione saturarum 'paréctatae assunt, múlier quae muliér Venus, caput'

231 *Philargyrius Verg. georg.* II 477 Varro in cynistrore | dicant quod laborant ‖ 232 *Diomedes p.* 367 *K.*

233 *Nonius p.* 369 plaga *et p.* 382 rimari ‖ 234 *N. p.* 243 agere | e me miseriis *codex optimus:* emersos ex his miseriis *huius modi videtur versus fuisse*

III (2)

siqui pátriam, 235
máiorem paréntem extinguit, ín eo est culpa, quod facit pro sua parte is qui se eunuchat aut ali qui liberos perducit

IIII (3)

nemo est tam neglegens, quin summa diligentia eligat asi- 236
num, qui suam saliat equilam

V (5)

exercebam ambulando, ut siti capacior ad cenam veniret 237
guttur

VI (1)

contra lex Maenia est in pietate, ne filii patribus luci claro 238
suggillent oculos

VII (4)

ad biviram venio. cum vellem ostendere, quid vellem, Me- 239
tamelos Inconstantiae filius me reprehendit

VIII (8)

signa sacra esse desierunt postea quam homines sunt 240
facti

VIIII (9)

neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque 241
in mala non aliquod bonum

ΛΟΓΟΜΑΧΙΑ

I

haec lánigeras detónderi docuít tunicareque homúllum 242

II*

Epicurei dicunt summum bonum ἡδονήν, Stoici hanc gulae 243
et corporis libidinem criminantur, [at illi volunt] τὴν ἀταραξίαν τῆς ψυχῆς, hoc est nihil timere nec cupere, summum bonum esse. unde Varro dicit λογομαχίαν inter illos esse

---

235 *N. p.* 106 eunuchare | producit ‖ 236 *N. p.* 106 equilam: *octonario iambico trochaeos subiunctos putavit L. Muellerus* ‖ 237 *N. p.* 207 guttur | *dubites an numeros restituas trochaicos* exercebar ambulando uti siti capacior-ad cenam ‖ 238 *N. p.* 171 suggillare ‖ 239 *N. p.* 79 biviras ‖ 240 *N. p.* 397 sacrum | signati sacra *unde* tum *Lipsius addidit* | facti sunt sacri *Fruterius* ‖ 241 *N. p.* 225 spicae

242 *N. p.* 182 tunicare ‖ 243 *Porphyrio Hor. sat.* II 4

LONGE FVGIT QVI SVOS FVGIT

I (1)

244 sed utí serat
haéc legumina árte parva paúca, cicer erviliam,
ac paregia alia spiria ceteris

II (2)

245 solus rex, solus rhetor, solus formonsus, fortis, aecus vel ad aedilicium modium, purus putus: si ad hunc *χαρακτῆρα Κλεάνθους* conveniet, cave attigeris hominem

MAGNVM TALENTVM

246 détotonderát forcipibus vítariferis

MANIVS

I (22)

247 sternít iuvencus, quám labos mollém facit

II (3)

248 hic út quadrato látere stipatae strues

III (18)

249 harum aédium
summétria confutábat architectones

IIII (16)

250 dúlcem aquam bibát salubrem et flébile esitét caepe

V (15)

251 húnc Ceres cibí ministra frúgibus suís porcet

VI (12)

252 nec súmptibus *umquam*
legibu' *nec luxu* statues finemque modumque

VII (21)

253 alterum bene acceptum dormire 'super amphitapo bene molli'

---

244 *Nonius p.* 204 ervum | ac paret merce alia spica Cereris *conieci* ‖ 245 *N. p.* 271 convenire | charactera cleopantus

246 *Priscianus* IX *p.* 482 | vitarpiferis *pars librorum: metro aptum* vinitor vitem feris *aut* vitem sarpens ferreis

247 *Nonius p.* 487 labor et labos | stertit iuventus *Oehlerus* ‖ 248 *N. p.* 131 later ‖ 249 *N. p.* 87 confutare | summetriam confutabant *Mercerus* | 250 *N. p.* 201 caepe ‖ 251 *N. p.* 160 porcet ‖ 252 *N. p.* 211 luxuria generis masculini | sumptibus finem lepitus statues, *ut possis conicere etiam talia* sumptibu' nec tu luxu lege tua statues ‖ 253 *N. p.* 540 amphitapae

VIII (13)

ager derelinqueretur ac periret 'squale scabreque inluvie et vastitudine' 254

VIIII (4)

quod dum administrant, in scrobe fodiendo inveniunt arcam 255

X (5)

tum ad me ferunt, quod libellionem esse sciebant 256

XI (2)

Automedo meus, quod apud Plotium rhetorem bubulcitarat, erili dolori non defuit 257

XII (1)

funere familiari commoto avito ac patrito more precabamur 258

XIII (11)

Manius mane suscitat, rostrum suum *in* rostra adfert, populum in forum conducit 259

XIIII (14)

habens antepositam alimoniam, sedens altus alieno sumptu, neque post respiciens neque ante prospiciens, sed limus intra limites culinae 260

XV (17)

tam eum, ad quem veniunt in hospitium, lac humanum fellasse 261

XVI (20)

lecto strato matellam, lucernam, ceteras res esui usuique prae se portant 262

XVII (19)

haec adventoribus accidunt: cellae claves claustra carnaria dolia 263

XVIII (7)

lex neque innocenti propter simultatem obstringillat, neque nocenti propter amicitiam ignoscit 264

XVIIII (8)

quocirca oportet bonum civem legibus parere, deos colere, in patellam dare *μικρὸν κρέας* 265

---

254 *N. p.* 226 squalor, *p.* 168 scabre, *p.* 125 illuvies, *p.* 185 vastitudo ‖ 255 *N. p.* 225 scrobes ‖ 256 *N. p.* 133 libellionem | fuerunt ‖ 257 *N. p.* 79 bubulcitare ‖ 258 *N. p.* 161 patritum ‖ 259 *N. p.* 274 conducere | mane se *opinor* | rostrum sum rostra ‖ 260 *N. p.* 237 altum, *p.* 442 prospicere, *p.* 133 limum ‖ 261 *N. p.* 113 fellare | in] et ‖ 262 *N. p.* 543 matella | res huius uique ‖ 263 *N. p.* 545 dolia | accedunt ‖ 264 *N. p.* 147 obstringillare ‖ 265 *N. p.* 543 patella

XX (9)

266 non male dicere, pedem in focum non imponere, sacrificari

XXI (10)

267 et cum corrigia disruptast, enatare cum reliqua, pedem paenula scortea pertegere

XXII (6)

268 nec natus est nec morietur, viget veget ut pote plurimum

MARCIPOR

I (3)

269 repénte noctis círciter merídie,
cum pictus aer fervidis late ignibus
caeli chorean astricen ostenderet

II (4)

270 nubés aquali frígido veló leves
caeli cavernas aureas obduxerant
aquam vomentes inferam mortalibus

III (5)

271 ventíque frigidó se ab axe erúperant,
phrenitici septentrionum filii,
secum ferentes tegulas ramos σύρους

IIII (6)

272 at nós caduci naúfragi ut cicóniae,
quarum bipinnis fulminis plumas vapor
perussit, alte maesti in terram cecidimus

V (2)

273 Propóntis unda quám liquenti caérula
⏑ – ⏑ – natantem perfundit, cape

VI (18)

274 delúmbi' pennis út levis passérculus

---

266 *N. p.* 480 sacrificantur ‖ 267 *N. p.* 448 paenulam abusive | disruptas tonat aridum reliquam (reliquum *plerique libri*) pede ‖ 268 *N. p.* 183 veget

269 *N. p.* 451 meridiem ‖ 270 *N. p.* 45 inferum | aureasubduxerant *unde* subduxerant *volgo:* -duxerunt *fortasse vere codex optimus* ‖ 271 *N. p.* 45 syrus a graeco | erumpebant *fortasse pro* eruperunt ‖ 272 *N. p.* 79 bipennis | an nos ‖ 273 *N. p.* 254 capere | *intercidisse puto tale* vel Bosporos ‖ 274 *N. p.* 79 bipennis | delune bipennis *libri et* bipennis *quidem fortasse ipse Nonius*

VII (16)

spatula éviravit ómnes Veneri vaga puerós 275

VIII (1)

hic in ambivio navem conscendimus palustrem, quam nautici equisones per ulvam ducerent loro 276

VIIII (13)

qui quidem vident et circumstant, non rident. 'credo ridere'. hiantis video, ridentis non audio 277

X (11)

ut eat ac rem publicam administret, quod pulli ientent 278

XI (14)

utri magis sunt pueri? hi pusilline, qui expectant nundinas, ut magister dimittat lussum 279

XII (12)

astrologi non sunt? qui conscribillarunt pingentes caelum 280

XIII (19)

et Diogenes cynicos, qui ab Alexandro rege iussus optare quid vellet, se facturum 281

XIIII (17)

dein immittit virile veretrum. ut flumen offendit buccam Volumnio 282

XV (15)

altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum 283

XVI (7)

dixe regi Medeam advectam per aera in raeda anguibus 284

XVII (8)

Pelian Medeae permississe, ut se vel vivum degluberet, dum modo redderet puellum 285

---

275 *N. p.* 46 evirari ‖ 276 *N. p.* 450 equisones *et p.* 105 equiso. *legebatur in satura ante fr.* 269 | viam quam (*vel* qua) ducerent: *omisit* quam *Popma* ‖ 277 *N. p.* 319 hiare | quicquid evidenter *plurimi libri*, evidentur *optimus*, evident et *unus. malo* videntur circumstantes ‖ 278 *N. p.* 126 ientare. *Nonium* ieientent *legisse veri simile est* ‖ 279 *N. p.* 133 lusus *et p.* 214 nundinae | maiores sunt *p.* 214 | pusillini *p.* 214: pusilli nigri *p.* 133 *unde* aegre *addit Madvicus* | spectant *plerique libri* ‖ 280 *N. p.* 83 conscribillavi ‖ 281 *N. p.* 358 optare ‖ quidquid *Guilielmus* ‖ 282 *N. p.* 358 offendere | dein (*vel* deim) mittit ‖ 283 *N. p.* 213 margaritum ‖ 284 *N. p.* 451 raedam ‖ 285 *N. p.* 158 puellos

XVIII (9)

286 eodem coniecisse mera miracula nescio quae

XVIIII (10)

287 haec in aeno bis terve tudiculasse

MARCOPOLIS

περὶ ἀρχῆς

I (3)

288 némini Fortúna currum a cárcere intimó missum
labi inoffensum per aecor candidum ad calcem sivit

II (2)

289 nátura humanis omnia sunt paria:
qui pote, plus urget, piscis ut saepe minutos
magnu' comest, ut avis enicat accipiter

III (4)

290 sensus portae, venae hydragogiae, clovaca intestini

IIII (1)

291 cui celer Dienoslemmatoslogos Antipatri Stoici filius rutro caput displanat

V (5)

292 noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reviviscit

MELEAGRI

I (8)

293 aut ílle, cervum quí volatilí currens
sparo secutus tragulave traiecit

II (3)

294 currere vigilare esurire, ecquando haec facere oportet? quam ad finem?

III (1)

295 quaero, utrum fructuis an delectationis causa? fructuis, ut vendatis

---

286 *N. p.* 344 merum | qua *plerique libri* ‖ 287 *N. p.* 178 tudiculare
288 *N. p.* 199 calx ‖ 289 *N. p.* 81 comest ‖ 290 *N. p.* 209 intestinum | *rectius* cloacae ‖ 291 *N. p.* 18 rutrum ‖ 292 *N. p.* 234 anima ventus *unde Italus aliquis* inflo animam
293 *N. p.* 553 tragula *et p.* 555 sparum | volabile *utrobique:* volatilem *Iunius* | traicit ‖ 294 *N. p.* 205 finem ‖ 295 *N. p.* 492 fructuis | causa fructuis *liber optimus:* causastructuis *ceteri*, si *inseruit Rothius*

IIII (2)

sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est 296
salvis cruribus in circo spectare quam his descobinatis in silva
cursare?

V (9)

quid hic venator non cepit? 297

VI (10)

quem idcirco terra non cepit et caelum recepit 298

VII (7)

adde hydram Lernaeam et draconem Hesperidum: quot 299
bestiae fuerunt immanes

VIII (6)

si non malit vir viracius uxorem habere Atalantam 300

VIIII (4)

non modo suris apertis, sed paene natibus apertis ambulans 301

X (5)

cum etiam Thais Menandri tunicam demissam habeat ad 302
talos

XI (11)

funus exequiati laute ad sepulcrum antiquo more silicer- 303
nium confecimus [id est *περίδειπνον*] *a* quo pransi discedentes
dicimus alius alii 'vale'

MODIVS

I (1)

sed ó Petrulle, né meum taxís librum, 304
si te pepugerit hic modus scaenatilis

II (2)

si dísplicebit tám tibi latúm mare 305
partis quantum spongiam deletilem

III (3)

equí gradu tolútili 306
timidí usque tute molliter vectus cito
relinquat

---

296 *N. p.* 99 descobinatis | spatiari *Madvicus* | curare ‖ 297 *N. p.* 253 capere ‖ 298 *N. p.* 253 capere ‖ 299 *N. p.* 323 immane | quot-quot *L. Muellerus* ‖ 300 *N. p.* 187 vercium ‖ 301 *N. p.* 236 aperire | apertis *alterum delebat Guyetus* ‖ 302 *N. p.* 286 demittere *et p.* 536 tunica ‖ 303 *N. p.* 48 silicernium | exiquiatis laude

304 *N. p.* 176 scenatilis *et p.* 180 taxis | te pepigat haec modo ‖ 305 *N. p.* 96 deletile | parato *Scaliger* tantum *Iunius. metro sufficit* sequantur ‖ 306 *N. p.* 17 gradarius | an qui gradu | te medius quam tute

IIII (11)

307 capitis corona bácis multis Líberi
faciem labore flatili viridis premit

V (10)

308 quis póculis marcéntium chorum intro ibit popíno?

VI (18)

309 quaré meas lubídines ac tíbias bilínguos

VII (12)

310 trímodiam amphorámque eundem témeti ac farris modum

VIII (7)

311 quod tum erant in Graecia coma promissa, rasa barba, pallia trahentes

VIIII (6)

312 omnes videmur nobis esse belli festivi saperdae, cum simus σαπροί

X (8)

313 quam istorum quorum vitreae togae ostentant tunicae clavos

XI (9)

314 sed Cynicis involucrum et pallium luteum non est

XII (14)

315 et hoc interest inter Epicurum et ganeones nostros, quibus modulus est vitae culina

XIII (13)

316 asse vinum, asse pulmentarium: secundas, quo natura aurigatur, non necessitudo

XIIII (16)

317 putat fore hoc quod nunc comedonibus venit usu, quibus mota voluptate cum edunt, dum taxat gula gaudet

---

307 *N. p.* 365 premere | corona vaccitis livie (*aut* livei) face ut labore. *incerta emendatio, velut admittitur* bacchicis uvis face vel ut l. f. v. premat ‖ 308 *N. p.* 161 popinones | poculis argenteum | *minus durum* iit ‖ 309 *N. p.* 229 tibia generis masculini ‖ 310 *N. p.* 5 temulenta | eadem (*aut* eandem) temeti acarris modium ‖ 311 *N. p.* 362 promittere. *senarios Meinekius posuit exeuntes in* Graecia *et* pallia ‖ 312 *N. p.* 176 saperdae quasi sapientes. *sed videntur σαπέρδαι σαπροί significari, quo modo verba non potuere copulari nisi per metrum, fortasse igitur cretici sunt incidendi post* omnes *et* festivi ‖ 313 *N. p.* 448 vitreum *et p.* 536 tunica ‖ 314 *N. p.* 549 luteus ‖ 315 *N. p.* 55 culinam *et p.* 119 ganeones ‖ 316 *N. p.* 70 aurigatur *et p.* 355 necessitudo ‖ 317 *N. p.* 93 comedones | quod huic (hic *Iunius*) comedonibus convenit | nota voluntate comedunt

XV (17)

hanc eandem voluptatem tacitulus taxim consequi lapathio 318
et ptisana possim

XVI (15)

in cubiculo dormire mallem, si licet, potus vinum meum 319
cibarium, quam ego dominus cubarem

XVII (5)

quid aliud est quod Delphice cantat columna litteris suis 320
ἄγαν μηθέν? iudam nos facere adit mortalem modum medioxi-
me, ut quondam patres nostri loquebantur

XVIII (4)

non eos optume vixisse qui diutissime vixissent, sed qui 321
modestissime

MVTVVM MVLI SCABVNT

περὶ χωρισμοῦ

I (4)

úbi lucus opácus tenerís fruticibus áptus 322

II (1)

ut grallatores qui gradiuntur, perticae sunt ligna φύσει 323
ἀκίνητα, sed ab homine eo qui in is stat agitantur, sic illi animi
nostri sunt grallae, crura ac pedes nostri, φύσει ἀκίνητοι, sed
ab animo moventur

III (2)

itaque si plures dies inter medici discessum et adventum 324
pollictoris interfuerunt, et id aestate, videas

IIII (3)

ut venalem tuniculam poneret cotidie, ut videret totum, 325
denique etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori

---

318 *N. p.* 550 lapathium | possum *alii* ‖ 319 *N. p.* 93 cibarium. *legebantur haec in satura ante fr.* 317 | scilicet | in epulo dominus cubare *ante ediderat*, regiae domi ieiunus *Vahlenus* ‖ 320 *N. p.* 141 medioximum. *iambicos octonarios Meinekius fecit*, *quaternarios dicerem si constaret mihi de verbis* | canat | quam, viam, vitam, iubens *alius aliud proposuere*, palam *Vahlenus in fine addens* iubet | ad mortalem *Iunius*, ad inmortalem *Rothius* ‖ 321 *N. p.* 55 modestum | vixent *pars librorum*

322 *N. p.* 235 aptum ‖ 323 *N. p.* 115 grallatores | lignaefinareinolet ab | inistat *libri:* instat *Palmerius* | illae *Oehlerus* | crura - nostri *secluseram antehac ex Varronianis* | nostri essiare κινητοι ‖ 324 *N. p.* 157 pollictores | medicis *aut* medicos *libri:* medicorum *Guyetus* ‖ 325 *N. p.* 228 tractus | *conieci* ut venderet togam, donique

MYSTERIA

I (1)

326 prisca hórrida
silént oracla crépera in nemoribus

II (3)

327 vúlpinare modo et concursa qualubet, erras

III (2)

328 licet videre multos cotidie hieme in sole apricari

IIII (4)

329 aes defraudasse coponem, bovam luto oblevisse, cum portitore serram duxe

V (6)

330 init virgo, dos a femina ut auferatur. quae mihi postea quam ad Concordiam dicta est

VI (5)

331 sed tibi fortasse alius molit et depsit

VII (7)

332 nascimur enim spissius quam emorimur. vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum, contra una pestilentia aut hostica acies puncto temporis immanis acervos facit

NESCIS QVID VESPER SERVS VEHAT

I (1)

333 *lepidissimus liber est M. Varronis ex satiris Menippeis qui inscribitur* nescis quid vesper serus vehat, *in quo disserit de apto convivarum numero deque ipsius convivii habitu cultuque. dicit autem convivarum numerum incipere oportere a Gratiarum numero et progredi ad Musarum, id est proficisci a tribus et consistere in novem, ut cum paucissimi convivae sunt, non pauciores sint* 334 *quam tres, cum plurimi, non plures quam novem.* nam multos *inquit* esse non convenit, quod turba plerumque est turbulenta, et Romae quidem stat, sedet Athenis, nusquam autem cubat. 335 ipsum deinde convivium constat *inquit* ex rebus quattuor et tum

---

326 *N. p.* 13 crepera | *supple tale* sacra crepera *vel* crepula ‖ 327 *N. p.* 46 vulpinari | errans *Mercerius* ‖ 328 *N. p.* 76 apricari ‖ 329 *N. p.* 25 portitores | cauponem *plures libri* | obbam *Cuiacius* ‖ 330 *N. p.* 280 dicere | in id *libri. non opus mutari in* nubit ‖ 331 *N. p.* 99 depsere ‖ 332 *N. p.* 392 spissum

333 *ss. Gellius* XIII 11

denique omnibus suis numeris absolutum est, si belli homunculi conlecti sunt, si electus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. nec loquaces autem *inquit* convivas nec mutos 336
legere oportet, quia eloquentia in foro et apud subsellia, silentium vero non in convivio sed in cubiculo esse debet. *sermones* 337
igitur id temporis habendos censet non super rebus anxiis aut tortuosis sed iucundos atque invitabiles et cum quadam inlecebra et voluptate utiles, ex quibus ingenium nostrum venustius fiat et amoenius. quod profecto *inquit* eveniet, si de id genus rebus ad 338
communem vitae usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotiis agendi non est otium. dominum autem 339
inquit convivii esse oportet non tam lautum quam sine sordibus, et in convivio legi non omnia debent sed ea potissimum quae 340
simul sint *βιωφελῆ* et delectent. *neque non de secundis quoque* 341
mensis, cuius modi esse eas oporteat, praecipit. his enim verbis utitur: bellaria *inquit* ea maxime sunt mellita quae mellita non sunt, *πέμμασιν* enim cum *πέψει* societas infida. *quod Varro in loco hoc dixit* bellaria, *ne quis forte in ista voce haereat, significat id vocabulum omne mensae secundae genus, nam quae πέμματα Graeci aut τραγήματα dixerunt, ea veteres nostri bellaria appellaverunt*

II (2)

in convivio legi nec omnia debent et ea potissimum quae 340
simul sint *βιωφελῆ* et delectent potius, ut id quoque videatur non defuisse magis quam superfuisse

OCTOGESIS

περὶ νομισμάτων

I (1)

póstquam avida libído rapere ác caedere coépit 342
seque opificio non probiter clepere

II (3)

in quo nobilius est Philippeum quod accipimus, quam quod 343
bibimus, cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam

III (4)

non haec res de Venere paeta strabam facit 344

---

340 *Gellius* I 22, 4

342 *Nonius p.* 510 probiter *et p.* 20 clepere | aconcedere *aut* ac concedere || 343 *N. p.* 78 bulga | abdamus *Guilielmus* || 344 *Priscianus* VI *p.* 209

IIII (2)

345 hoc erat incommodi, quod nesciebamus semel unum singulum esse

V (5)

346 vive meque ama mutuiter

OEDIPOTHYESTES

347 per idem tempus Oedipus Athenas exul venire dicebatur, qui consolaret

ΟΝΟΣ ΛΥΡΑΣ

I (2)

348 *Φωνασκία* sum vócis suscitábulum
cantantiumque gallus gallinacius

II (4)

349 si quis *μελῳδεῖν δεινός ἐστ᾽ ὄνος λύρας*,
praesaépibus se rétineat forensibus

III (5)

350 quibús suam deléctet ipse *ἀμουσίαν*,
et aviditatem speribus lactet suis

IIII (3)

351 quam nóbilem divúm lyram Sol hármoge
quadam gubernans motibus diis veget

V (6)

352 neque órthopsalticum áttulit psaltérium,
quibus sonant in Graecia dicteria

VI (7)

353 ut cómici cinaédici scaenátici

VII (1)

354 qui fábularum cóllocant exórdia

---

345 *Nonius p.* 171 singulum ‖ 346 *N. p.* 513 mutuiter. *sumptum dicitur ibi ex* Octogesi lib. I *περὶ νομισμάτων* (lib. II *codex optimus qui graecum titulum omisit*)

347 *N. p.* 473 consolare | consolarent *codex optimus*, *sequitur* minitas pro minitaris, *deest velut* miserias suas

348 *N. p.* 176 suscitabulum | fonicia sum ‖ 349 *N. p.* 49 praesepia | melodinistonos lyras ‖ 350 *N. p.* 16 lactare *et p.* 171 sperem | amusiam ‖ 351 *N. p.* 100 diis *et p.* 183 veget | mobilem *libri paene omnes* ‖ 352 *N. p.* 101 dicteria | *fortasse* attuli ‖ 353 *N. p.* 176 scenaticus | comicinothidi ‖ 354 *N. p.* 30 exordium

VIII (8)

valéte et me pálmulis producite 355

VIIII (22)

Pácvi discipulus dicor, porro is fuit *Enni*, 356
Enniu' Musarum: Pompilius clueor

X (15)

maeréntis ut quiétus ac demíssior probándus, 357
Ἀχιλλέως ἡρωικός, ἰωνικὸς κιναίδου

XI (21)

equí colore díspares itém nati 358
hic badius, iste gilvus, ille murinus

XII (16)

iurgare coepit dicens: 359
'quae scís atque in vulgúm vulgas artémque expromis inértem'

XIII (18)

tuus autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus 360

XIIII (20)

nempe sues silvaticos in montibus sectaris venabulo aut 361
cervos, qui tibi mali nihil fecerunt, verutis: a artem praeclaram

XV (9)

primum eam esse physicen, quod sit *ἔμφυτος* ut ipsa vox, 362
basis eius

XVI (10)

homines rusticos in vindemia incondita cantare, sarcina- 363
trices in machinis

XVII (11)

non vidisti simulacrum leonis ad Idam eo loco, ubi quon- 364
dam subito eum cum vidissent quadrupedem galli tympanis adeo fecerunt mansuem, ut tractarent manibus?

XVIII (13)

saepe totius theatri tibiis crebro flectendo commutari men- 365
tes, erigi animos eorum

---

355 *N. p.* 372 producere longius ducere | meque *Scaliger* ‖ 356 *N. p.* 87 cluet | Pacuvius ‖ 357 *N. p.* 5 cinaedi | demissior trochaeus *Lachmannus aliquando* ‖ 358 *N. p.* 80 badius ‖ 359 *N. p.* 182 vulgare *et p.* 230 vulgus | quae facis *p.* 230 ‖ 360 *N. p.* 93 cibarium ‖ 361 *N. p.* 555 venabulum *et p.* 554 verutum | ab *vel* ad artem ‖ 362 *N. p.* 79 basis. *legebatur in satura ante fr.* 358 ‖ 363 *N. p.* 56 sarcinatrices ‖ 364 *N. p.* 483 mansues | retractarent *codex optimus* ‖ 365 *N. p.* 7 frigere | tibicinio *Madvicus* | commutare | frigi *Nonius*

XVIIII (4)

366 scientia doceat, quemadmodum in psalterio extendamus nervias

XX (17)

367 voces Amphionem tragoedum, iubeas Amphionis agere partis; infantiorem quam meus est mulio

XXI (12)

368 et id dicunt suam Briseidem producere, quae eius nervia tractare solebat

XXII (19)

369 si non plus testiculorum offenderis quam in castrato pecore in Apulia, vincor non esse masculum ad rem

PAPIA PAPAE

περὶ ἐγκωμίων

I (2)

370 quos cálliblepharo náturali pálpebrae
tinctae vallatos mobili saepto tenent

II (4)

371 lucúlla in mento impréssa Amoris digitulo
vestigio demonstrat mollitudinem

III (5)

372 collúm procerum fictum levi mármore
regillae tunicae definitur purpura

IIII (12)

373 omni ópstat in mystério invidúm tabes

V (7)

374 dominum convivi, vinum aliudve quid mi laudato

---

366 *N. p.* 215 nervia ‖ 367 *N. p.* 55 infans | infantior erit *Madvicus*, invenies *supplevit Roeperus* ‖ 368 *N. p.* 215 nervia neutri (*delevit* neutri *Quicheratius*) | ei edicunt *Ribbeckius* | servam *Baehrensius* | nervias ‖ 369 *N. p.* 141 masculum

370 *N. p.* 218 palpebrae. *dubium est utrum ad titulum hunc* (*παππία παπαῖ*) *an alio spectet gram. de dubiis nominibus* V *p.* 572 *K.* papae dicendum, sicut Varro in satira | vallato mobilis septos ‖ 371 *N. p.* 135 mollitudinem | sulla in mento ‖ 372 *N. p.* 539 regilla | regillam tunicam diffingitur *libri:* purpura distinguitur *Iunius* ‖ 373 *N. p.* 495 accusativus sing. pro genetivo plur. | o mi optanti ministero *vel* ministerio ‖ 374 *N. p.* 281 dominus | convivi vinum *mutatum in* convivium *codex optimus*

VI (1 *et* 3)

ante auris modo ex subolibus parvuli intorti demittebantur sex cincinni, oculi suppaetuli nigellis pupulis liquidam hilaritatem significantes animi, rictus parvissimus ut refrenato risu roseo 375

VII (9)

qui potest laus videri vera, cum mortuus saepe furacissimus ac nequissimus civis iuxta ac P. Africanus 376

VIII (14)

si et accusator et reus erunt tenebrio uterque, utrumque vituperato 377

VIIII (13)

praetor vester eripuit mihi pecuniam. de ea questum ad annum veniam ad novum magistratum, cum hic rapo umbram quoque spei devorasset 378

X (11)

ille ales gallus qui suscitabat Atticarum Musarum scriptores, an hic qui gregem rabularum? 379

XI (6)

hoc Graecis renuntiato, ut facile intellegeres nos ab his amari, commurmurantur *αὐτό* 380

XII (15)

quare resides lingulacae, optrectatores tui, iam nunc murmurantes dicunt: *μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται* 381

XIII (8)

imperito nonnumquam concha videtur margarita, vitrum smaragdos 382

XIIII (10)

dum vixit, promiscas avis mei in chortibus pavit 383

---

375 *N. p.* 456 rictum | et subolibus subolidibus *codex optimus: addendum fortasse* subtilibus | sed cincinni oculis supetulis nigellis populi quam hilaritatem (demittebant se *Martinus*, aliquam *Gifanius*) | rosea labiola *Roeperus* ‖ 376 *N. p.* 322 iuxta | vesa commotus *aut* versa cum motus: *puto* si ea cumulatur ‖ 377 *N. p.* 19 tenebriones | tenebriones *libri omnes excepto optimo* ‖ 378 *N. p.* 26 rapones | *deest condicionis significatio* ‖ 379 *N. p.* 26 rabulae | aitharum musarum | quia gregem ‖ 380 *N. p.* 478 murmurari | autoi *alii* (*sequitur* idem) ‖ 381 *N. p.* 26 lingulacae. *conlocandum erat ante fr.* 379 *quia in satura ante legebatur* | residit lingulace: *an* sedati? ‖ 382 *N. p.* 213 margaritum | margarita mutamisimargdos ‖ 383 *N. p.* 83 chortes | vixi promiscaris mei. *potest mutari in hexametrum* (promisca Ceres me)

PAPPVS AVT INDEX*

384 nasturcium nonne vides ideo dici quod nasum torqueat, ut vestispicam quod vestem spiciat?

PARMENO

I (1)

385 lepúsculi timéntis hoc quadrángulum
dedit Diana rete nexile, ἄρχνας,
viscum fugarum lineamque compedem

II (2)

386 éxeuntí strepunt, éxeuntí bount

III (4)

387 *é* cavo fónte ut umór rigavít cavata
aurium anfracta in silvam vocans

IIII (5)

388 aliús caballum árbori
rámo in humíli álligatúm relinquit

V (6)

389 ferens
férream umeró bipenném securém

VI (8)

390 caéditur lótos *alta*, álta fros décidit
Palladis, platanu' ramis

VII (9)

391 ália traps prónis in humum áccidens próxumae
frangit ramos cadens

VIII (7)

392 áliu' teneram ábietem sólu' percéllit

---

384 *N. p.* 12 vestispici. Varro Pappo aut indige nasturcium indige non invides in eo *unde* Pappo aut indigena *Oehlerus* | ut *omittunt plerique libri*

385 *N. p.* 28 compedes *et p.* 451 viscum | fugam *p.* 28, fugae *p.* 451 | compedam ‖ 386 *N. p.* 79 bount | exeunt citis (*vel* citi) strepunt exeunt bount. *incerta scilicet emendatio* ‖ 387 *N. p.* 193 anfractum. *in tetrametros discripsi creticum systema propter versus insequentes* | ut cum irrigavit ‖ 388 *N. p.* 86 caballus ‖ 389 *N. p.* 79 bipennem ‖ 390 *N. p.* 486 frons | lutos *aut* luctos: lucus *Bentinus* | atque *Riesius inserit* | frons *ut in lemmate libri* ‖ 391 *N. p.* 178 traps *et p.* 494 pronis | alta *Oehlerus* ‖ 392 *N. p.* 152 percellere

VIIII (3)

cédit velócibus iúveni' membrís levis 393
nitidus oleo

X (12)

demítis acris pectóre curas cantú castaque poési 394

XI (11)

pudet me tui et Musarum ac nostri, piget currere et una 395
sequi

XII (10)

micandum erit cum Graeco, utrum ego illius numerum an 396
ille meum sequatur

XIII (13)

patris huius nascuntur pueri rhythmus et melos 397

XIIII (14)

poema est lexis enrythmos, id est verba plura modice in 398
quandam coniecta formam, itaque etiam distichon epigrammation vocant poema. poesis est perpetuum argumentum e rhythmis, ut Ilias Homeri et annales Enni. poetice est ars earum rerum

XV (15)

in quibus partibus in argumentis Caecilius poscit palmam, 399
in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus

ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ

I (3)

túm contremula áquilenta apud álta 400
lítora oreris ac nobilis omnibus reluces

II (2)

neque in polubro mýstico coquám carnes 401
quibus satullem corpora ac famem ventris

---

393 *N. p.* 251 cedere ‖ 394 *N. p.* 241 acrem *et p.* 267 castum | curas *p.* 241: luctus *p.* 267 ‖ 395 *N. p.* 424 pudet et piget | musarum agnoscere *libri quod restituissem si structurae exemplum suppeteret* (*pudor Musarum vetat me agnoscere tua carmina*), *at durius Ennius* patris mei meum factum pudet: agonos cerei *Vahlenus* | vana *Hauptius* ‖ 396 *N. p.* 347 micare ‖ 397 *N. p.* 213 melos | paci in huius. *senarium ad* huius *Vahlenus exordiebatur* ‖ 398 *N. p.* 428 poesis et poema | argumentum et rythmis *deinde interpositis alienis* min ut ilias ‖ 399 *N. p.* 374 poscere

400 *N. p.* 351 nobilis | tu cum tremula *Guilielmus* | oriris ‖ 401 *N. p.* 171 satullem | pulvere mitico coquam carnem

III (1)

402 porro inde ab uno quoque compito ternae viae oriuntur, e quibus singulae exitum ac *τέλος* habent proprium. a primo compito dextimam viam muniit Epicurus

ΠΕΡΙ ΕΔΕΣΜΑΤΩΝ

I (1)

403 *M. Varro in satura quam περὶ ἐδεσμάτων inscripsit, lepide admodum et scite factis versibus cenarum ciborum exquisitas delicias comprehendit. nam pleraque id genus quae heluones isti terra et mari conquirunt, exposuit inclusitque in numeros senarios. et ipsos quidem versus, cui otium erit, in libro quo dixi positos legat, genera autem nominaque edulium et domicilia ciborum omnibus aliis praestantia, quae profunda ingluvies vestigavit, quae Varro opprobrans exsecutus est, haec sunt ferme, quantum nobis memoriae est: pavus e Samo, Phrygia attagena, grues Melicae, haedus ex Ambracia, pelamys Chalcedonia, muraena Tartesia, aselli Pessinuntii, ostrea Tarenti, pectunculus helops Rhodius, scari Cilices, nuces Thasiae, palma Aegyptia, glans Hiberica*

II (2)

404 si quantum operae sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam philosophiae dedisses, ipse bonus iam pridem esses factus. nunc illum qui norunt, volunt emere milibus centum, te qui novit nemo centussis

ΠΕΡΙ ΕΞΑΓΩΓΗΣ

I (4)

405 quemnám te esse dícam, ferá qui manú corporís
fervidós fontium áperis lacús sanguinís teque
víta levás ferreo énsi?

II (2)

406 Andromeda vincta et proposita ceto non debuit patri suo, homini stupidissimo, in os spuere vitam?

---

402 *N. p.* 94 dextima (*Priscianus* III *p.* 98)

403 *Gellius* VI 16 | murena tarresia. *reliqua facilime revocantur ad senarios velut* pavo éx Samo, Phryx attagen, grus Melica, haedi éx Ambracia, pelamys Chalcedonis, muraéna Sicula, aselli Pessinuntii, ostréa Tarenti, Lesbius pectunculus, lupús Timavi, helops Rhodi, Cilices scari, nux Thásia, palma Aegypti, glans Hiberica. *secuntur versus Euripidei quos potuit fieri ut ex eadem Varronis satura grammaticus describeret* ‖ 404 *Gellius* XX 19, 2

405 *Non. p.* 336 levare | feram ‖ 406 *N. p.* 400 stupidus | expuere *alii*

III (1)

quaerit ibidem ab Hannibale, cur biberit medicamentum: 407
'quia Romanis' inquit 'me Prusiades tradere volebat'

IIII (3)

non vituperamus, cum sciamus digitum praecidi oportere, 408
si ob eam rem gangraena non sit ad bracchium ventura

V (6)

quam sympathian lumbi ad oculos haberent, quid inguinum 409
interesset, utrum puerum essem devirginatum usurus an
monuceϱωσας purus dum cogito

VI (5)

quid puer rogasset et petasatus capite adnuisset, ac discedens 410
numero venire ait adulescentem

ΠΕΡΙ ΚΕΡΑΥΝΟΥ

I (3)

cum dixisset Vitulus, ecce tibi caldis pedibus quidam navi- 411
cularius semustilatus irrumpit se in curiam

II (2)

cognitio enim trium, fulgetri tonitrui fulguris, a fulmine 412
orta

III (1)

testatur Varro maiores solitos decimam Herculi vovere nec 413
decem dies intermittere, quin pollucerent ac populum ἀσύμβολον
cum corona laurea dimitterent cubitum

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

LIBRO I

I (1)

tum vero doces historiam necessariam, semel unum sin- 414
gulum esse

---

407 *N. p.* 345 medicamentum ‖ 408 *N. p.* 117 gangrena ‖ 409 *N. p.* 458 virgines | inmaginum (*vel* imaginum) interesset puer utrum esse | visurus *codex Vossianus* | *pluralis ἐρώσας fecit ut* manus *cogitarem etsi poetae latini in ea re dixerunt* amica manus | pueros dum cogito *Oehlerus.* purum *a primo codex Guelferbytanus* ‖ 410 *N. p.* 352 numero
411 *N. p.* 263 caldum ‖ 412 *N. p.* 28 fulgura | fulget et tonitrum fulguris ‖ 413 *Macrobius sat.* III 12, 2
414 *Nonius p.* 171 singulum | tu *Itali*

II (2)

415 in hac civitate agros colunt harenosos. praeter hos fluit amnis quam olim Albulam dicunt vocitatam

III (3)

416 in hac civitate tum regnabat Dionysius, homo garrulus et acer

LIBRO II

περὶ φιλοσοφίας

I (2)

417 nulla ambrosia ac nectar, non alium et sardae, sed 'panis pemma lucuns, cibu' qui purissimu' multo est'

II (1)

418 et ne erraremus, ectropas esse multas, omnino tutum esse sed spissum iter

III (3)

419 itaque videas barbato rostro illum commentari et unum quodque verbum statera auraria pendere

POSTVMI CVI SEPLASIA FETET*

420 appellatur a caelatura caelum, graece ab ornatu *κόσμος*, latine a puritia mundus

PRANSVS PARATVS

I (1)

421 Luna expectans Hadriám se itiner longúm sermone leváre

II (2)

422 contrá coactus cérvus latratú canum
fertur bisulcis ungulis nitens humu

PROMETHEVS LIBER

I (1)

423 ego infelix nón queam
vim própulsare atque inimicum orco immittere?

---

415 *N. p.* 192 amnem ‖ 416 *N. p.* 316 garrulus ‖ 417 *N. p.* 131 lucuns ‖ 418 *N. p.* 392 spissum | extrophas. *fortasse verius* strophas ‖ 419 *N. p.* 455 rostrum

420 *Probus Verg. ecl.* 6, 31. *in titulo* Postume cur *ego conieci*, post vinum *Riesius*

421 *Nonius p.* 482 itiner | expectans Adria *sed* expectant *codex Guelferbytanus* ‖ 422 *N. p.* 352 niti *et p.* 488 humu

423 *N. p.* 28 compedes. *titulus est ubique* Prometheo *aut* Pro-

nequiquam saepe aeratas manuis compedes
conor revellere

II (2)

tum ut sí subernus córtex aut cacúmina 424
morientum in querqueto arborum aritudine

III (3)

atque *ex ártubus* 425
exsánguibus dolóre evirescat colos

IIII (4)

mortális nemo exaúdit, sed late íncolens 426
Scytharum inhospitalis campis vastitas

V (5)

levís mens umquam sómnurnas imágines 427
affatur, non umbrantur somno pupulae

VI (6)

humánam quandam géntem stirpis coquit, 428
frigus calore atque umore aritudinem
miscet

VII (7)

cum sumere coepisset, voluptas detineret, cum sat habe- 429
ret, satias manum de mensa tolleret

VIII (8)

retrimenta cibi qua exirent, per posticum callem feci 430

VIIII (14)

id ut scias, audi hoc quod falsum dicis esse, nemini oculos 431
opus esse, si habet

X (10)

Chrysosandalos locat sibi amiculam de lacte et cera Taren- 342
tina quam apes Milesiae coegerint ex omnibus floribus libantes,
sine osse et nervis, sine pelle, sine pilis puram putam proceram
candidam teneram formosam

---

metheo libro *et additis numeris* lib. I *vel* II, *fr.* 425 lib. XV. *Mercerii coniecturam* liberato *qui sequetur*, *in fr.* 425 *nihil relinquet praeter versum unum* ‖ 424 *N. p.* 199 cortex ‖ 425 *N. p.* 101 evirescat ‖ 426 *N. p.* 417 vastitas | 427 *N. p.* 172 somnurnas. *praecessit tale* non requie mali ‖ 428 *N. p.* 71 aritudinem | humanorum *aut* humanarum: humanae *Scaliger* | conquit: concoquit *Iunius quo melius erat* percoquit ‖ 429 *N. p.* 172 satias | retineret ‖ 430 *N. p.* 217 posticam | vallem ‖ 431 *N. p.* 497 accusativus pro ablativo ‖ 432 *N. p.* 27 putus | vlocat *liber optimus sed* v *deletum*

XI (11)

433 aliae mitram ricinam aut mitram Melitensem

XII (12)

434 eburneis lectis et plagis sigillatis

XIII (13)

435 in tenebris ac suili vivunt, nisi non forum hara atque homines qui nunc *sunt* plerique sues sunt existimandi

XIIII (9)

436 aemulum illius artis atque obstrigillatorem, quapropter aliquot annos quaesti nihil fecerit

PSEVDAENEAS

437 per
aévitérnam hominúm domum,
tellurem propero gradum

PSEVDVLVS APOLLO

περὶ θεῶν διαγνώσεως

I (1)

438 cúm sex pueri ét puellulaé pariter itém sex
aut septem in utroque cum choro pari vagarunt

II (2)

439 quod in eius dei templa calceati intro eunt, nam in oppido quae est aedes Apollinis et quae ibi ad Herculis, ut intro eat, nemo se excalceatur

QVINQVATRVS

I (1)

440 quid médico mist opús? perpetuo absínthium ut bibám gravem et castoreum levemque robur

II (2)

441 hic bipénnis, ille fórcipes denthárpagas

---

433 *N. p.* 539 rica | alia emit mitram *Oehlerus.* mitrant *libri* ‖ 434 *N. p.* 378 plaga ‖ 435 *N. p.* 120 hara ‖ 436 *N. p.* 492 quaesti | quae propter

437 *Priscianus* II *p.* 81

438 *Nonius p.* 468 vagas | puellae | septem sin vero quae cum ‖ 439 *N. p.* 478 excalceatur. *hic in titulo ἀναγνώσεως* | excalcietur

440 *N. p.* 190 absinthium, *p.* 314 grave, *p.* 337 levare | opus nempe tuo. *vide ne senarii fuerint, alter ab* absinthium *pertinens ad* castoreum (*Quintil.* I 5, 60) ‖ 441 *N. p.* 99 dentharpagas | bipensile forcipendent harpagae (fortipem *codex optimus*)

III (8)

quam lýmpha melius é lacuna fóntium
adlata nido potili permisceat

IIII (7)

cape hánc caducam Líberi mollém dapem
de fronde Bromia autumnitatis uvidam

V (6)

an hoc praestat Herophilus Diogeni, quod ille e ventre aquam mittit? [ad] hoc te iactas? at hoc pacto utilior te Tuscus aquilex

VI (5)

qui Tarentinum tuum ad Heraclidem Ponticon contenderet

VII*

turdae

VIII (3)

tu medicum te audes dicere, cum in eborato lecto ac purpureo peristromo cubare videas aegrotum et eius prius alvum quam *τύλην* subducere malis?

VIIII (4)

quam in testudineo lecto culcita plumea in die dormire

SARDI VENALES

non té tui saltém pudet,
sí nihil mei révereatur?

SERRANVS

περὶ ἀρχαιρεσιῶν

I (5)

ét petere imperium populi et contendere honores

---

442 *N. p.* 145 nidus | lympham | adlatam nidos ‖ 443 *N. p.* 71 autumnitas *et p.* 254 capere | de frontem bromi ‖ 444 *N. p.* 69 aquilex *et p.* 371 praestare | an hoc te *Iunius* | ad hoc pacto ‖ 445 *N. p.* 260 contendere. *senarium sesquialterum L. Muellerus fecit* | ponti ‖ 446 *N. p.* 229 turdi generis feminini. Varro Quinquatribus, *sequitur fr.* 447; *intercidisse igitur illius vocis exemplum et* tyle *glossam arbitror* ‖ 447 tupledi conta caudes audes. *propter glossam* 446 contra turdas audes *Oehlerus* | quam typen. *propter glossam* 446 turdam *Scaliger* ‖ 448 *N. p.* 86 culcita

449 *N. p.* 497 veretur. *senarios Rothius voluit* (nil mei reverétur)

450 *N. p.* 259 contendere

II (1)

451 ait consulem in templum cedere. subsilio et hostias et extispices disputantis relinquo

III (7)

452 hunc vocasset e liquida vita in curiae vestrae faecem

IIII (6)

453 noster Atticus rivalis, homo item lectus in curiam cum macescebat

V (8)

454 dormit alius. nimirum vigilant clamant calent rixant

VI (9)

455 rostrum protrudendo incesserent

VII (SERAPIS)

456 recte purgatum scito, quom videbis Romae in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere

VIII (3)

457 dum in agro studiosius ruror, aspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequi cornutas

VIIII (2)

458 retinet viatorem meridie praetereuntem fontem, quod autumnitas in anni tetrachordo *μέσην* praeterierat

X (4)

459 occipitium tripodi ostendo, ex oraclo elimino me

SESCVLIXES

I (4)

460 ómnes irritans ventos omnesque procellas

---

451 *N. p.* 16 extispices | consulem mihi pelum (*vel* perum) cedere: pilum *Iunius* credere *Madvicus* | hostia sed extispicis disputanti: hostias extispici *Iunius* ‖ 452 *N. p.* 334 liquidum | vocasse *alii* ‖ 453 *N. p.* 137 macore | commacescebat *Iunius*, cura m. *Riesius* ‖ 454 *N. p.* 477 rixat ‖ 455 *N. p.* 455 rostrum hominis | in protrudentum (*vel* protrudendum) cesserent. *potest senarius fuisse talis* rostrum inprobe protruderent, incesserent ‖ 456 *N. p.* 104 expulsim. Varro seraparectae purgatum scito quam. *fortasse* te *scribendum*, *cetera adsignanda titulo* ‖ 457 *N. p.* 164 rurant ‖ 458 *N. p.* 71 autumnitas *et p.* 193 autumnus | mensem *p.* 71, mensum *p.* 193 ‖ 459 *N. p.* 292 eliminare | occipitium arivo deo ostendo

460 *N. p.* 31 irritare. *in titulo constanter libri* Sesqueulixe

II (5)

ipsum ávide vino invítari poclís large atque benígne 461

III (12)

ubi nítidi ephebi véste pulla cándidi 462
modeste amicti *cultus* pascunt pectore

IIII (14)

suspéndit Laribus mánias, mollís pilas, 463
reticula ac strophia

V (8)

iúgere volitans míluus 464
⏑⏑⏑ aquam e núbibus tortam indicat
fore ut tegillum pastor sibi sumat

VI (6)

viás stelligeras aétheris 465
explicans aere cavo sonitum hicincoturnis

VII (23)

in Thespiadúm choro 466
dérepente

VIII (22)

Pieridúm comes 467
quaé tenent cána putri gelo móntium
saxa

VIIII (3)

navibus duodecim domo profectum, decem annos solidos 468
errasse

X (1)

Diogenem postea pallium solum habuisse et habere Vlixem 469
meram tunicam, pilleum ideo non habere

---

461 *N. p.* 321 invitare | audi vino *aut* audivi non ‖ 462 *N. p.* 368 pullum | amictus pascunt. *an* luctus? *versu non pleno* modestiam intus *Oehlerus* ‖ 463 *N. p.* 538 strophium *et p.* 542 reticulum | laribus marinas ‖ 464 *N. p.* 169 tegillum | vigere volitans mulsus aquam. *supplendum puto tale* si auditur, id. *nec scio an* fere ut *scriptum fuerit* ‖ 465 *maxime probabile visum est senarios facere ut* 464 *ad hunc modum* in vias stelligeras aetheris aeré cavo sonitum bucinator explicans, *cui coniecturae subvenit codex optimus in quo* explicans *post* aere *conlocatum est. numeris satis fit sic* aetheris nox explicans *et* bucinatoris ciet ‖ 466 *N. p.* 518 derepente. | oro. *nisi fuit tale* dum erro, *metrum quidem nimis incertum* ‖ 467 *N. p.* 492 gelo | Pueridum | tenent cata (cate *primo liber optimus*) gelo putri montium laxa. *sequebatur Thraces ut opinor nomen, quamquam de verbis numerisque parum constat.* tenes cavata *Scaliger*, putria *Passeratius* ‖ 468 *N. p.* 405 solidum | dum *libri:* domum *Roeperus* ‖ 469 *N. p.* 344 merum

XI (2)

470 quod Minerva propter stet, id significare eum propter doctrinam

XII (10)

471 album adversi venti ceciderunt. quod si pergunt diutius mare volvere, vereor ne me quoque, quom domum ab Ilio cossim venero, praeter canem cognoscat nemo

XIII (7)

472 ventus buccas vehementius sufflare et calcar admovere

XIIII (9)

473 quocumque ire vellemus, obvius flare. ubi corpori aërinas compedes impositas video

XV (13)

474 ubi dicuntur barbari innumerabiles lateres aureos habuisse

XVI (19)

475 hic enim omnia erat, idem sacerdos praetor parochos, denique idem senatus, idem populus, kaput

XVII (11)

476 ubi quod lupam alumni fellarunt olim

XVIII (15)

477 ante quam militia subactus aliquot annis erat

XVIIII (16)

478 in castris permansi, inde caballum reduxi ad censorem

XX (17)

479 itaque tum ecum mordacem calcitronem horridum miles acer non vitabat

XXI (18)

480 nunc emunt trossuli nardo nitidi vulgo Attico talento ecum

---

470 *N. p.* 367 propter ‖ 471 *N. p.* 247 album mite et placidum, *postrema a* vereor *p.* 276 *in* cognoscere *repetuntur. excidit igitur tale* nondum album caelum est neque, *fortasse adiectum ante* adversi *Vlixis nomen causa fuit erroris* | cessim *Pius* | revertero *p.* 276 ‖ 472 *N. p.* 451 calcar ‖ 473 *N. p.* 28 compedes | quo cum ire *alii* ‖ 474 *N. p.* 131 later | ubi edicuntur *aut* educantur *quod potest esse* ubi et *vel* ubei. *trochaicorum septenariorum partes disposuit Vahlenus* ‖ 475 *N. p.* 48 parochos | populi *Itali* ‖ 476 *N. p.* 242 alumnos ‖ 477 *N. p.* 401 subigere | mitia subactus ‖ 478 *N. p.* 86 caballus ‖ 479 *N. p.* 45 calcitrones. *trochaicos ut septenarios facerent, corrigebant* tunc *et* calcitronemve horridus | miles ac vir ‖ 480 *N. p.* 49 trossuli. *in septenariis* nardo nitidi trossuli *Roeperus* | vel Attico *satis esse putaram*

XXII (21)

qui se in ganeum accensum coniecit amicae 481

XXIII (20)

quid enim est quod homo masculus lubentius videre de- 482
beat bella uxore?

XXIIII (24)

unam viam Zenona munisse duce virtute, hanc esse no- 483
bilem. alteram Carneadem desubulasse bona corporis secutum

XXV (25)

alteram viam deformasse Carneadem virtutis e cupis acris 484
aceti

SEXAGESIS

I (12)

o stúlta nostri péctoris dormítio 485
vigilabilis, quae me puellum impuberem
cepisti

II (13)

adést adest faxs ínvoluta incéndio 486

III (16)

sénsibus crassís homulli nón videmu' quíd fiat? 487

IIII (11)

érgo tum Romae parce pureque pudentis 488
vixere, en patriam, nunc sumus in rutuba

V (21)

néque qua vagipénnis anatés remipedás buxeiróstris 489
pecudés paludibús nocte nigra ád lumina lámpa-
dis sequéris

---

481 *N. p.* 208 ganeum ‖ 482 *N. p.* 248 bellum ‖ 483 *N. p.* 99 desubulare | desabulasse *Scaliger vim verbi recte adsecutus* ‖ 484 *N. p.* 83 cupas

485 *N. p.* 100 dormitio *et p.* 158 puellos ‖ 486 *N. p.* 112 faxs *et p.* 328 involutum. *prius* adest *accessit ex Enni quem Varro imitatur versu* ‖ 487 *N. p.* 86 crassum | senibus crassis homuli (*vel* humili) non vidimus. *legebantur haec in satura post fr.* 494, *itaque dubito an* Romuli *mutandum sit, cetera conservanda, metrum iambicum statuendum aut nullum* ‖ 488 *N. p.* 167 rutuba | vivere in, *unde* in patria *Guilielmus* ‖ 489 *N. p.* 460 pecudes. *systema erat ionicorum cum minimum decem* | neque quas agipennis *aut* aquipennis: quassagipennas *Palmerius* | tremipedas (*ex Ausonio* remipedes *Gesnerus*) buxeis rostris | sequens

VI (2)

490 se circumspexe atque invenisse se, cum dormire coepisset tam glaber quam Socrates calva, esse factum ericium e pilis albis, cum proboscide

VII (3)

491 Romam regressus ibi nihil offendi, quod ante annos quinquaginta, cum primum dormire coepi, reliqui

VIII (15)

492 eo ut viaticum ex arcula adderem in bulgam

VIIII (18)

493 acciti sumus, ut depontaremur. murmur fit ferus

X (19)

494 'vix effatus erat', cum more maiorum ultro carnales arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant

XI (6)

495 in quarum locum subierunt inquilinae impietas perfidia impudicitia

XII (7)

496 nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert sed tollit — nisi veneno?

XIII (5)

497 ubi tum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus

XIIII (9)

498 quod leges iubent, non faciunt: *δὸς καὶ λαβέ* fervit omnino

XV (8)

499 avidus iudex reum ducebat esse *κοινὸν Ἑρμῆν*

XVI (22)

500 ut nitens pavonis collus nihil extrinsecus sumens

---

490 *N. p.* 106 ericium *et p.* 49 proboscis | galbam *p.* 106, calvum *p.* 49: *delendum Gesnerus censuit* ‖ 491 *N. p.* 359 offendere ‖ 492 *N. p.* 187 bulga | addere ‖ 493 *N. p.* 214 murmur. *senariis tribuit L. Muellerus* (uti depontaremur) | verus *aut* ieris ‖ 494 *N. p.* 86 carnales *quod in* casnares *Iunius mutavit cum in lemmate tum in Varronianis: cf.* 487 ‖ 495 *N. p.* 403 subire ‖ 496 *N. p.* 406 tollere *et p.* 422 tollere et auferre ‖ 497 *N. p.* 212 mercatus *et p.* 431 mercatus ‖ 498 *N. p.* 502 fervit | faciunt faciant dos: *potest tale colon intercidisse* ut ipsi lucrum faciant | fervit animo *codex optimus, si fides est Quicheratio: coniecerat id Oehlerus* ‖ 499 *N. p.* 283 ducere ‖ 500 *N. p.* 200 collus | umens. *an in septenario* timens extrinsecus (*nullam maculam*)?

XVII (4)

tunc nuptiae videbant ostream Lucrinam 501

XVIII (20)

an si equam emisses quadripedem, ut meo asino Reatino 502
admitteres, quantum poposcissem dedisses equimenti?

XVIIII (10)

sic canis fit e catello, sic e tritico spica 503

XX (14)

qui nobis ministrarunt pueri diebus festis cicer viride. 504
quis nos provocare, advocare cum audeant, nos illos revocare
timemus?

XXI (17)

'erras' inquit 'Marce: accusare nos ruminans antiquitates' 505

ΣΚΙΑΜΑΧΙΑ

περὶ τύφου

I (1)

te Anna ác Peranna, Pánda Cela, té Pales, 506
Nerienis *et* Minerva, Fortuna ac Ceres

II (3)

póstremo quaero: parebis legibus an non? 507
anne exlex solus vives?

III (2)

vínum pemma lucuns nihil adiuvat, ista ministrat 508

IIII (4)

'ego' inquit 'ei eam suppetias, quicum mihi nec res nec 509
ratio est "dissociataque omnia ac nefantia"?

V (5)

hoc dico, compendiaria sine ulla sollicitudine ac molestia 510
ducundi ad eandem voluptatem posse perveniri

---

501 *N. p.* 216 ostrea ‖ 502 *N. p.* 69 aequimentum ‖ 503 *N. p.* 225 spicae | *in septenario* spica sic e tritico *Guyetus* ‖ 504 *N. p.* 167 revocare | nos illo ‖ 505 *N. p.* 480 ruminatur | nos criminaris. *inserendum fortasse* noli

506 *Gellius* XIII 23, 4 in satura Menippea quae scribitur *σκιομαχία* | Panda te Lato | Nerienes ‖ 507 *Nonius p.* 10 exlex. Varro sciomacia | vivis ‖ 508 *N. p.* 131 lucuns ‖ 509 *N. p.* 489 nefantia | ego enim quid *nonnulli libri* | ei eam] etiam *optimi*, eam *ceteri* | dissociat atque *libri praeter Vossianum 116* ‖ 510 *N. p.* 202 compendiaria

SYNEPHEBVS

περὶ ἐμμονῆς

I (5)

511 hic nárium seplásiae, hic *ἡδύχους* Neápolis

II (4)

512 o di, si possumus quod debemus populo, in foro medio luci claro decoquere

III (1)

513 crede mihi, plures dominos servi comederunt quam canes. quod si Actaeon occupasset et ipse prius suos canes comedisset, non nugas saltatoribus in theatro fieret

IIII (2)

514 verere ne manu non mittat? cum tot Romae vicarios honestissimos dare possis, mittet. quod si non mittet, fugies, si me audies. cum tempus revocat, ea praecox est fuga

V (3)

515 quid te facere oportet litteris imbutum solis Minervae?

ΤΑΦΗ ΜΕΝΙΠΠΟΥ

I (1)

516 *Menippus* ille nóbilis quondám canis
hinc linquit homines omnes in terra pila

II (5)

517 Diogenem litteras scisse, domusioni quod satis esset, hunc quod etiam acroasi bellorum hominum

III (4)

518 sed ut canis sine coda

IIII (2)

519 in charteo stadio *ἐπιτάφιον ἀγῶνα* quo quis certasset animo, bellus homo magis delectatus Stoicorum pancratio quam athletarum

---

511 *N. p.* 226 seplasia. *hic* sinefebo *libri, alias* in efoebo ‖ 512 *N. p.* 210 lux | odie *vel* hodie si ‖ 513 *N. p.* 355 occupare | comedisset et non nugas set saltatoribus: *antehac* concidisset *adnotaram* ‖ 514 *N. p.* 156 praecox *cf. p.* 150 praecox | toctromedicarios honestos audissemus dare. *latet aliud velut* aut *εὐσχήμονς* ‖ 515 *N. p.* 324 imbuere | oportere *codex optimus*

516 *N. p.* 333 linquere | hic *plurimi* | liquid *codex Leidensis* | pila *est οὐρανία*: *male edideram* pilas ‖ 517 *N. p.* 230 usus *et p.* 249 bellum ‖ 518 *N. p.* 86 coda ‖ 519 *N. p.* 249 bellum. *supplementum ad-*

V (9)

quod coeperas modo in via narrare, ut ad exodium ducas 520

VI (7)

'ubi lubet, ire licet accubitum' accepto strenue sussilimus, 521 quod esurigo findebat costas

VII (6)

perrexit in interiores partis domuis posticae, ut ait Plau- 522 tus, 'penitissimae'

VIII (8)

inde putidas uvas acinis electis et comestis extendit in 523 lecti sponda

VIIII (15)

antiqui nostri in domibus latericiis paululum modo lapidi- 524 bus suffundatis, ut umorem effugerent, habitabant

X (17)

at in segetibus post messem colligebant stramenta, qui 525 domicilia colerent

XI (16)

ut hirundines culmis oblitis luto tegulas fingebant 526

XII (13)

nec pistorem ullum nossent nisi eum qui in pistrino pin- 527 seret farinam

XIII (12)

Romam *ψαμμακόσιοι*, non qui in urbe inter nundinum 528 calumniarentur

XIIII (11)

φιλαναλωταὶ edones Romam, ut turba incendant anno- 529 nam, et propter phagones ficedulam pinguem aut turdum nisi volantem non video

XV (14)

aliquot Romae sunt qui cellas vinarias fructuis causa fe- 530 cerunt

---

scripseram hoc scitu dignius existimavit quam qui facti essent in funere ludi gymnici ‖ 520 *N. p.* 27 exodium | 521 *N. p.* 106 esurigo | accedo strenuo ‖ 522 *N. p.* 217 posticam *et p.* 491 domuis | penitissime *libri* ‖ 523 *N. p.* 152 putidum. *legebantur haec in satura post fr.* 527 *et* 535 | in lectis quondam ‖ 524 *N. p.* 48 suffundatum ‖ 525 *N. p.* 251 colere ‖ 526 *N. p.* 309 fingere | hirundinesingulinis obliti ‖ 527 *N. p.* 152 pinsere ‖ 528 *N. p.* 214 nundinae | ipsam marcosioe *id est* psammacosioe ‖ 529 *N. p.* 48 edones et fagones | ΠΑΠΑΑΑΝΤΟΙCOC edones *ut possit etiam tale φιλήδονοι* tot *proponi* | annona sed ‖ 530 *N. p.* 492 fructuis

XVI (20)

531 in pavimento non audes facere lacunam, at in humu calces facis elixos

XVII (21)

532 sed quae necessitas te iubet aquam effundere domi tuae? si vasa habes pertusa, plumbum non habes? ad quam rem nobis est confluvium, ad quam rem urnarium?

XVIII (18)

533 *λιθόστρωτα* pavimenta et parietes incrustatos

XVIIII (19)

534 *περιέχοντα* varia mihi facies maeandrata et vinculata, atque etiam adpinges orbem terrae

XX (22)

535 non vides in publico ante tabernas, qua populus ambulando proinde ut in arato porcas reddit

XXI (23)

536 non vides in magnis peristyliis, qui cryptas domi non habent, sabulum iacere a pariete, aut in xystis, ubi ambulare possint?

XXII (24)

537 haec Numa Pompilius fieri si videret, sciret suorum institutorum nec volam nec vestigium apparere

XXIII (10)

538 nihilo magis dicere muliebre quam de muliebri ricinio pallium simplex

XXIIII (3)

539 saltem infernus tenebrio, *κακὸς δαίμων*, atque habeat homines sollicitos, quod eum peius formidant quam fullo ululam

TESTAMENTVM

περὶ διαθηκῶν

I (1)

540 sic ille puéllus Venerís repente Adón
cecidít cruentus olim

---

531 *N. p.* 48 elixum *et p.* 488 humu | calceos *paene omnes* ‖ 532 *N. p.* 544 urnarium ‖ 533 *N. p.* 129 incrustatum ‖ 534 *N. p.* 140 maeander | *περιεχοντα ριαν* mihi | adeo inges ‖ 535 *N. p.* 152 porcas | publica nocte te tabernas | perinde *alii* | 536 *N. p.* 169 sabulum | aut egistis ‖ 537 *N. p.* 416 vola ‖ 538 *N. p.* 542 ricinium. *sententiam proposui talem* magis mares de genere muliebri | decere mulierem *Bentinus* | quando muliebre *codex optimus* ‖ 539 *N. p.* 318 habere | tenebro

540 *N. p.* 158 puellos | repente vadon. *quod si cum Guyeto mu-*

II (2)

venio nunc ad alterum genus testamenti, quod dicitur 541
physicon, in quo Graeci belliores quam Romani nostri

III (3)

e mea *Φιλοφθονίᾳ* natis, quos Menippea haeresis nutri- 542
cata est, tutores do 'qui rem Romanam Latiumque augescere vultis'

IIII (4)

si quis mihi filius unus pluresve in decem mensibus gig- 543
nantur, ii si erunt *ὄνοι λύρας*, exheredes sunto. quod si quis undecimo mense *κατὰ Ἀριστοτέλην* natus est, Accio idem quod Titio ius esto apud me

TITHONVS

περὶ γήρως

I (1)

quá voluptate aévitatis éxtimam attigít metam 544

II (2)

quam déreliquit múlticupida iúvenitas 545

III (3)

ác mammam lactis sugentem pascere pupum 546

IIII (4)

sic invitata a natura anima corporeum corticem facile re- 547
liquit

V (5)

risi multum, lusi modice 548

TO EIII THI ΦΑΚΗΙ ΜΥΡΟΝ

περὶ εὐχαιρίας

I (2)

nec múltunummus píscis ex saló captus 549

---

taris in Adonis, *ionici a maiore fient continui* ‖ 541 *N. p.* 77 belliores | ad adulterum genus *libri fere omnes* ‖ 542 *N. p.* 478 nutricatur. *in graeco titulo διαθήκης* | menippe heresis (Menippi *Popma*) ‖ 543 *Gellius* III 16, 13

544 *Nonius p.* 193 aevitas ‖ 545 *N. p.* 123 iuvenilitas *et p.* 433 iuventus et iuventa et iuvenilitas. *item in Varronianis* iuvenilitas *libri, etsi in Leidensi p.* 123 *primo scriptum erat* iuvenitas | derelinquit *liber optimus p.* 433 ‖ 546 *N. p.* 156 pupi ‖ 547 *N. p.* 199 cortex | invitatam matura | relinquit *nonnulli libri* ‖ 548 *N. p.* 343 modicum. *fortasse anapaesti* | modice ambis *plerique libri unde* amavi *effeceram, sed* ambis *omittit optimus, alius post insequens Sallusti nomen traicit*

549 *N. p.* 216 ostrea. *in titulo περὶ ευυσηριας*

helops neque ostrea illa magna Baiana
quivit palatum suscitare

II (1)

550 ac tu quidem ut taceas censeo, quoniam tu quoque adhuc adulescentiaris

III (3)

551 legendo autem et scribendo vitam procudito

ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΤΟ ΠΑΙΔΙΟΝ

περὶ παιδοποιίας

I (1)

552 ac líberos paráre cui necésse sit,
non est merum, nec tu edepol quid simulas tuis

II (2)

553 annos multos quod parere ea non poterat, mulierem foras baetere iussit

III (3)

554 an etiam si audisset, reddere potuisset mulieri? tetricam ducat Appulam moribus bonis

IIII (4)

555 quare si diligens est ad amussim, per me licet adsumas *γενεθλιακόν*

ΤΡΙΚΑΡΑΝΟΣ

556 *Pompeius Crassus Caesar tres viri anno urbis 694 τὰς χρείας ἀλλήλοις συνηράνιζον, καί τις αὐτῶν τήνδε τὴν συμφροσύνην συγγραφεὺς Οὐάρρων ἑνὶ βιβλίῳ περιλαβὼν ἐπέγραψε Τρικάρανον*

ΤΡΙΟΔΙΤΗΣ ΤΡΙΠΥΛΙΟΣ

περὶ ἀρετῆς κτήσεως

I (5)

557 néc coruscus ímber alto núbilo cadéns multus
grandine implicatus albo

---

549 magna capta quivit. *emendatio scilicet incerta* ‖ 550 *N. p.* 71 adulescentiaris. *περὶ ευτερια* ac *ut ex graeci verbi terminatione* ac *possit esse ortum* | ut faciat ‖ 551 *N. p.* 156 procudere producere. *περὶ ευτεριας*

552 *N. p.* 344 merum ‖ 553 *N. p.* 77 baetere | sanos multos. *conieci* pos annos ‖ 554 *N. p.* 181 tetrica | mulier tetricae horrentis ducat ad appiam. *et* tetricae horrentis *quidem e Vergiliano qui sequitur versu huc intulit librarius anticipando* ‖ 555 *N. p.* 9 examussim | diu gens est

556 *Appianus civ. b.* II 9: Tricipitinus Symphronius *notae Tir.*

557 *Nonius p.* 208 grando

II (4)

illud vero quodam meae 558
ut égo non metuam fúlmen, non harúspicem
tristem, simul ac dici non quaero

III (3)

nám ut ecus qui ad vehéndum est natus, támen hic 559
traditúr magistro,
ut equiso doceat tolutim . . .

IIII* (1)

Varro ait se legisse Empedotimo cuidam Syracusano a qua- 560
dam potestate divina mortalem aspectum detersum eumque inter cetera tres portas vidisse tresque vias: unam ad signum scorpionis, qua Hercules ad deos isse diceretur; alteram per limitem qui est inter leonem et cancrum; tertiam esse inter aquarium et pisces

V (2)

prius quam in orchestra pythaules inflet tibias, domi suae 561
ramices rumpit

ΤΡΙΦΑΛΛΟΣ

περὶ ἀρρενότητος

I (2)

ego nihil, Varro, video: ita hic obscurat qui ante me est 562
nescio qui longurio

II (1)

plura calamistra 563

VINALIA

περὶ ἀφροδισίων

etenim sic vide: utrum mercedem accipit is qui meas ve- 564
nit segetes ut sariat, an ego ab illo? sic ego cum tuus sim sar-
tor, si tu plus laboras quam ego do

VIRGVLA DIVINA

I (2)

ét pullós peperít fritínniéntis 565

---

558 *N. p.* 410 tristis | quondam *alii. videntur* vero *et* simulata *inter se opponi, temptaram* quaero quod animo condam meo | fulmen] panem *liber optimus* ‖ 559 *N. p.* 4 tolutim *et p.* 105 equiso | sed ut ecus *p.* 4 ‖ 560 *Servius Verg. georg.* I 34 ‖ 561 *Nonius p.* 166 ramices
562 *N. p.* 131 longurio | varro ideo ita hic curat ‖ 563 *Charisius p.* 80
564 *Nonius p.* 8 sartores | cum tus sim *aut* cunctus
565 *N. p.* 7 fritinnire

II (3)

566 quós non lácte novó leváta páscat

III (4)

567 séd pancárpineó cibó coácto
libamenta legens caduca victus

IIII (5)

568 ád quos cúm volucrís venít putíllos
usque ad limina nidi amica vilis

V (8)

569 cúm neque aptam móllis umeris fíbulam sagús ferret

VI (10)

570 'ego nunc póstulem, Agamemnó, meum?'
tantís cothurnis accipit Critonia
caliandrum

VII (6)

571 non quaerenda est homini, qui habet virtutem, paenula in imbri?

VIII (7)

572 praesertim cum ventrem meum coerceam nec murmurari patiar

VIIII (9)

573 oleum in lucubrationem servabimus, quam in asparagos totam lecythum evertamus

X (1)

574 primum venit in urbem atque intra muros, deinde accedit propius atque intro it domum

ΥΔΡΟΚΥΩΝ

575 non vides apud Mnesitheum scribi tria genera esse vini, nigrum, album, medium quod vocant *χιρρόν*, et novum, vetus,

---

566 *N. p.* 336 levare ‖ 567 *N. p.* 264 cogere mollire subigere *et p.* 332 legere colligere. *coniunxit cum superioribus Scaliger*, coacta *Reuvensius* ‖ 568 *N. p.* 336 limen *et p.* 529 vile pro frequenti | nidica vilis *p.* 529, nitida bilis *p.* 336: nidica esca vilis *Scaliger* ‖ 569 *N. p.* 223 sagum *et p.* 538 sagum ‖ 570 *Porphyrio Hor. sat.* I 8, 48 | Agamemnona meum ‖ 571 *Nonius p.* 537 paenula. *in aristophaneum Vahlenus redegit* | si quaerenda *codex optimus* | habebit *alii* ‖ 572 *N. p.* 478 murmurari | patiatur ‖ 573 *N. p.* 550 sparagos | potius *Ribbeckius supplevit* | totum *quod retineri potest si scribitur* lecythium ‖ 574 *N. p.* 47 prodius *eandem in Varronianis scripturam exhibens* | *adiectum est* id est intra privatos muros

575 *Gellius* XIII 31

medium? et efficere nigrum viris, album urinam, medium *πέψιν*, novum refrigerare, vetus calefacere, medium esse prandium caninum?

SATVRAE INCERTAE

I (AETHRIO)

et ratione 576
aut frígidos nimbós cito ac cadúciter ruéntis
pertimuerunt aquatilis querquedulae natantes

II (5)

trisulcaé fores 577
péssulis líberataé dehiscúnt graves
atque nixae in pigros cardinum turbines

III

ponám bisulcam et crébrinodam arúndinem 578

IIII* (13 12)

ver blándum viget árvis, *et* adést hospes hirúndo 579

V* (15)

ponuntur tenues porri 580

VI* (*περὶ ἐδεσμάτων* 4)

Varro si quid de bulbis dixi in aquam, qui Veneris ostium 581
quaerunt, deinde in legitimis nuptiis in cena ponantur, sed et cum nucleis pineis aut cum erucae suco et pipere

VII (10)

Romani stili Diogenes Varro trecentos Ioves, seu Iuppiteres 582
dicendum est, sine capitibus inducit

---

576 *Nonius p.* 91 caduciter | et ratione *corruptum fortasse ex* Agathone *aut* Epitafionib. | nimbos aqua icta caduciter ‖ 577 *Servius Verg. Aen.* I 448 | atque innixae in cardinum tardos turbines: *nisi* nixae *e Vergilianis ortum est et scribendum* atque inniuntur in cardinum tardulos ‖ 578 *Iulianus gram.* V *p.* 324 *K.* | crebrinodosam ‖ 579 *Augustinus de musica* IV 15 *sine nomine auctoris. Arnobius* VI 23 ubi denique Apollo divinus (*immo* Delius), cum a piratis maritimisque praedonibus et spoliatus ita est et incensus, ut ex tot auri ponderibus quae infinita congesserant saecula, ne unum quidem habuerit scripulum, quod (quo *codex*) hirundinibus hospitis, Varro ut dicit Menippeus (sethenipeus *codex*), ostenderet? *scripsisse haec omnia ipsum Varronem veri simillimum est* ‖ 580 *gramm. de dubiis nominibus* V *p.* 588 *K.* porrum. *recepi quod hexametri videretur principium* ‖ 581 *Apicius* VII 311. *sententia videtur ad hunc modum restituenda* liquida de bulbis dixit iniqua, qui Veneris otium quaerunt, proinde ut legitimis. *recepi autem quod satura ac senario digna fuere haec* qui Veneris quaerunt otium ‖ 582 *Tertullianus ad nationes* I 10 *et apologetico* 14

VIII (9)

583 *Ἐπικούρειος θεὸς non potest esse: οὔτε αὐτὸς πράγματ ἔχει οὔτε ἄλλοις παρέχει; Stoicus? quomodo potest rotundus esse, ut ait Varro, sine capite, sine praeputio?*

VIIII (1)

584 capite permulso

X (7)

585 *ψαμμακόσια pro multis Varro saepe in Menippeis suis posuit*

XI (8)

586 *proverbium vetus quo Varro utitur saepius:* fulmenta lectum scandunt

XII* (4)

587 hercules iam in regiam arcam impancrarunt

XIII* (2)

588 quo mihi somnos, si dormitio tollitur?

XIIII* (3)

589 quid mirum? ex agri depolitionibus eiciuntur, hic in cenaculo polito recipiuntur

XV* (14)

590 'est ibi' inquit 'si festinas, pilleum'

XVI

591 et tamen non demolio rostra

---

583 *Seneca apocolocynt.* 8. *Varroni quae tribuuntur, prope absunt ab senario* rotúndus est, sine cápite, sine praepútio ‖ 584 *Priscianus* IX *p.* 487 Varro in satura ‖ 585 *Macrobius sat.* V 20, 13. *confer* 528 ‖ 586 *Nonius p.* 206 fulmentum ‖ 587 *N. p.* 59 impancrare invadere. Varro ecclesiam in *unde titulum saturae Scaliger fecit* Ecclesia: in (*potuit Ἔχω σε aut* Octogesi) | arcem *liber Fabri* ‖ 588 *N. p.* 100 dormitio. Varro Sexagesi (*fr.* 485) et alio loco idem: quid mihi somno (somnos *unus*) ‖ 589 *N. p.* 66 politiones ‖ 590 *gramm. de dubiis nominibus* XI *p.* 587 pilleum. *recepi non propter versus speciem sed propter argumentum ac sermonem* ‖ 591 *Diomedes p.* 400 Varro in poetico libro. *non est tamen carmen*

SENECAE

ΑΠΟΚΟΛΟΚΥΝΤΩΣΙΣ DIVI CLAVDII

DIUI CLAUDII ΑΠΟΘΗΟΣΙΣ (*vel* APOTHEOSIS) ANNEI SENECAE
PER SATVRAM *inscribitur in codice Sangallensi*

Cassius Dio epitomatus LX 35: Agrippina et Nero Claudium ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον ὃν ἐκ τοῦ συμποσίου φοράδην ἐξενηνόχεσαν. ὅθεν περ Λούκιος Ἰούνιος Γαλλίων ὁ τοῦ Σενέκα ἀδελφὸς ἀστειότατόν τι ἀπεφθέγξατο· συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ Σενέκας σύγγραμμα ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸ ἅσπερ τινὰ ἀπαθανάτισιν ὀνομάσας, ἐκεῖνος δὲ ἐν βραχυτάτῳ πολλὰ εἰπὼν ἀπομνημονεύεται ... ἔφη τὸν Κλαύδιον ἀγκίστρῳ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνενεχθῆναι.

Quid actum sit in caelo ante diem III. idus Octobris anno 1
novo, initio saeculi felicissimi, volo memoriae tradere. nihil nec
offensae nec gratiae dabitur. haec ita vera. si quis quaesiverit
unde sciam, primum, si noluero, non respondebo. quis coacturus
est? ego scio me liberum factum, ex quo suum diem obiit ille,
qui verum proverbium fecerat, aut regem aut fatuum nasci opor-
tere. si libuerit respondere, dicam quod mihi in buccam venerit.
quis unquam ab historico iuratores exegit? tamen si necesse
fuerit auctorem producere, quaerito ab eo qui Drusillam euntem
in caelum vidit: idem Claudium vidisse se dicet iter facientem
'non passibus aequis'. velit nolit, necesse est illi omnia videre,
quae in caelo aguntur: Appiae viae curator est, qua scis et di-
vum Augustum et Tiberium Caesarem ad deos isse. hunc si in-
terrogaveris, soli narrabit: coram pluribus nunquam verbum fa-
ciet. nam ex quo in senatu iuravit se Drusillam vidisse caelum
ascendentem et illi pro tam bono nuntio nemo credidit, [quod
viderit] verbis conceptis affirmavit se non indicaturum, etiam
si in medio foro hominem occisum vidisset. ab hoc ego quae
tum audivi, certa clara affero, ita illum salvum et felicem habeam.

iam Phoebus breviore via contraxerat orbem 2
lucis et obscuri crescebant tempora somni,
iamque suum victrix augebat Cynthia regnum
et deformis hiemps gratos carpebat honores
divitis autumni iussoque senescere Baccho
carpebat raras serus vindemitor uvas.

puto magis intellegi, si dixero: mensis erat October, dies III.
idus Octobris. horam non possum certam tibi dicere, facilius
inter philosophos quam inter horologia conveniet: tamen inter
sextam et septimam erat. 'nimis rustice' inquies 'cum omnes
poetae, non contenti ortus et occasus describere, [ut] etiam me-
dium diem inquietent, tu sic transibis horam tam bonam?'

Scripturas quibus nihil adnotatum est elegi e codice Sangallensi, de quo plene relatum est in symbolis philologorum Bonnensium p. 41 ss.

6 qui bis verum *Mommsenus* ‖ 16 quicquid viderit *Paschasius Radbertus* (*cf. Hermae 6 p. 127*) ‖ 20 ortum ‖ 23 rapiebat *ipse conieci*, turpabat *Hauptius* ‖ 24 visoque *editio princeps* ‖ 26 intelleges *C. F. W. Muellerus* ‖ 29 rustice adquiescunt omnes

iam medium curru Phoebus diviserat orbem
et propior nocti fessas quatiebat habenas
obliquo flexam deducens tramite lucem:

3 Claudius animam agere coepit nec invenire exitum poterat. tum Mercurius, qui semper ingenio eius delectatus esset, unam e tribus Parcis seducit et ait: 'quid, femina crudelissima, hominem miserum torqueri pateris? nec unquam tam diu cruciatus cesset? annus sexagesimus quartus est, ex quo cum anima luctatur. quid huic et rei publicae invides? patere mathematicos aliquando verum dicere, qui illum, ex quo princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. et tamen non est mirum si errant et horam eius nemo novit; nemo enim unquam illum natum putavit. fac quod faciendum est:

"dede neci, melior vacua sine regnet in aula."

sed Clotho 'ego mehercules' inquit 'pusillum temporis adicere illi volebam, dum hos pauculos, qui supersunt, civitate donaret' — constituerat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos togatos videre — 'sed quoniam placet aliquos peregrinos in semen relinqui et tu ita iubes fieri, fiat'. aperit tum capsulam et tres fusos profert: unus erat Augurini, alter Babae, tertius Claudii. 'hos' inquit 'tres uno anno exiguis intervallis temporum divisos mori iubebo, nec illum incomitatum dimittam. non oportet enim eum, qui modo se tot milia hominum sequentia videbat, tot praecedentia, tot circumfusa, subito solum destitui. contentus erit his interim convictoribus.'

4 haec ait et turpi convolvens stamina fuso
abrupit stolidae regalia tempora vitae.
at Lachesis redimita comas, ornata capillos,
Pieria crinem lauro frontemque coronans
candida de niveo subtemina vellere sumit
felici moderanda manu, quae ducta colorem
assumpsere novum. mirantur pensa sorores:
mutatur vilis pretioso lana metallo,
aurea formoso descendunt saecula filo
nec modus est illis, felicia vellera ducunt
et gaudent implere manus, sunt dulcia pensa.
sponte sua festinat opus nulloque labore
mollia contorto descendunt stamina fuso.
vincunt Tithoni, vincunt et Nestoris annos.
Phoebus adest cantuque iuvat gaudetque futuris
et laetus nunc plectra movet, nunc pensa ministrat.

---

7 cruciatus esset: exiet *Haasius* ‖ 22 ne *Wehlius* ‖ 28 comes. *for-*

detinet intentas cantu fallitque laborem.
dumque nimis citharam fraternaque carmina laudant,
plus solito nevere manus humanaque fata
laudatum transcendit opus. 'ne demite, Parcae'
Phoebus ait 'vincat mortalis tempora vitae
ille mihi similis vultu similisque decore
nec cantu nec voce minor. felicia lassis
saecula praestabit legumque silentia rumpet.
qualis discutiens fugientia Lucifer astra
aut qualis surgit redeuntibus Hesperus astris,
qualis cum primum tenebris Aurora solutis
induxit rubicunda diem, Sol aspicit orbem
lucidus et primos a carcere concitat axes:
talis Caesar adest, talem iam Roma Neronem
aspiciet. flagrat nitidus fulgore remisso
vultus et adfuso cervix formosa capillo.'

haec Apollo. at Lachesis, quae et ipsa homini formosissimo faveret, fecit [illud] plena manu, et Neroni multos annos de suo donat. Claudium autem iubent omnes

χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

et ille quidem animam ebulliit, et ex eo desiit vivere videri. expiravit autem dum comoedos audit, ut scias me non sine causa illos timere. ultima vox eius haec inter homines audita est, cum maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur: 'vae me, puto, concacavi me'. quod an fecerit, nescio: omnia certe concacavit.

quae in terris postea sint acta, supervacuum est referre. scitis enim optime, nec periculum est ne excidant memoriae quae gaudium publicum impresserit: nemo felicitatis suae obliviscitur. in caelo quae acta sint, audite: fides penes auctorem erit. nuntiatur Iovi venisse quendam bonae staturae, bene canum; nescio quid illum minari, assidue enim caput movere; pedem dextrum trahere. quaesisse se, cuius nationis esset: respondisse nescio quid perturbato sono et voce confusa; non intellegere se linguam eius, nec Graecum esse nec Romanum nec ullius gentis notae. tum Iuppiter Herculem, qui totum orbem terrarum pererraverat et nosse videbatur omnes nationes, iubet ire et explorare, quorum hominum esset. tum Hercules primo aspectu sane perturbatus est, ut qui etiam non omnia monstra timuerit. ut vidit novi generis faciem, insolitum incessum, vocem

---

lasse vitta canos ‖ 19 homines *Mommsenus* ‖ 20 *χαιρονταις ευφημοιταις unde χαίροντες εὐφημοῦντες Teuffelius* ‖ 28 quae memoriae gaudium ‖ 39 non omnia] nova *Orellius* (*addens etiam* iunonia)

nullius terrestris animalis sed qualis esse marinis beluis solet, raucam et implicatam, putavit sibi tertium decimum laborem venisse. diligentius intuenti visus est quasi homo. accessit itaque et quod facillimum fuit Graeculo, ait:

τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

Claudius gaudet esse illic philologos homines, sperat futurum aliquem historiis suis locum. itaque et ipse Homerico versu Caesarem se esse significans ait:

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.

erat autem sequens versus verior, aeque Homericus:

ἔνθα δ' ἐγὼ πόλιν ἔπραθον, ὦλεσα δ' αὐτούς.

6 et imposuerat Herculi minime vafro, nisi fuisset illic Febris, quae fano suo relicto sola cum illo venerat: ceteros omnes deos Romae reliquerat. 'iste' inquit 'mera mendacia narrat. ego tibi dico, quae cum illo tot annis vixi: Luguduni natus est, Marci municipem vides. quod tibi narro, ad sextum decimum lapidem natus est a Vienna, Gallus germanus. itaque quod Gallum facere oportebat, Romam cepit. hunc ego tibi recipio Luguduni natum, ubi Licinus multis annis regnavit. tu autem, qui plura loca calcasti quam ullus mulio perpetuarius, [Lugudunenses] scire debes multa milia inter Xanthum et Rhodanum interesse.' excandescit hoc loco Claudius et quanto potest murmure irascitur. quid diceret, nemo intellegebat, ille autem Febrim duci iubebat. illo gestu solutae manus et ad hoc unum satis firmae, quo decollare homines solebat, iusserat illi collum praecidi. pu-
7 tares omnes illius esse libertos: adeo illum nemo curabat. tum Hercules 'audi me' inquit 'tu desine fatuari. venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. citius mihi verum, ne tibi alogias excutiam'. et quo terribilior esset, tragicus fit et ait:

'exprome propere, sede qua genitus cluas,
hoc ne peremptus stipite ad terram accidas;
haec clava reges saepe mactavit feros.
quid nunc profatu vocis incerto sonas?
quae patria, quae gens mobile eduxit caput?
edissere. equidem regna tergemini petens
longinqua regis, unde ab Hesperio mari
Inachiam ad urbem nobile advexi pecus,
vidi duobus imminens fluviis iugum,
quod Phoebus ortu semper obverso videt,
ubi Rhodanus ingens amne praerapido fluit,

---

10 aeque Homericus *suspecta* ‖ 12 homini minime *Iunius* ‖ 15 marci *corruptum ex nomine opinor gallico, cf.* μάρκαν *ecum,* Marcomagum *al.*

Ararque dubitans, quo suos cursus agat,
tacitus quietis adluit ripas vadis.
estne illa tellus spiritus altrix tui?'

haec satis animose et fortiter, nihilo minus mentis suae non est et timet *μωροῦ πληγήν*. Claudius ut vidit virum valentem, oblitus nugarum intellexit neminem Romae sibi parem fuisse, illic non habere se idem gratiae: gallum in suo sterquilino plurimum posse. itaque quantum intellegi potuit, haec visus est dicere: 'ego te, fortissime deorum Hercule, speravi mihi adfuturum apud alios, et si qui a me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti. nam si memoria repetis, ego eram qui Tiburi ante templum tuum ius dicebam totis diebus mense Iulio et Augusto. tu scis, quantum illic miseriarum tulerim, cum causidicos audirem diem et noctem, in quos si incidisses, valde fortis licet tibi videaris, maluisses cloacas Augeae purgare: multo plus ego stercoris exhausi. sed quoniam volo'

'non mirum quod in curiam impetum fecisti: nihil tibi clausi est. 8
modo dic nobis, qualem deum istum fieri velis. *Ἐπικούρειος θεὸς* non potest esse: *οὔτε αὐτὸς πράγματ' ἔχει οὔτε ἄλλοις παρέχει;* Stoicus? quomodo potest "rotundus" esse, ut ait Varro "sine capite, sine praeputio"? est aliquid in illo Stoici dei, iam video: nec cor nec caput habet. si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensem toto anno celebravit Saturnalicius princeps, non tulisset illud, nedum ab Iove, quem quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti. Silanum enim generum suum occidit propterea quod sororem suam, festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. "quare" inquit "quaero enim, sororem suam?" stulte, stude: Athenis dimidium licet, Alexandriae totum. "quia Romae" inquis "mures molas lingunt." hic nobis curva corriget? quid in cubiculo suo faciat, nescit, et iam "caeli scrutatur plagas"? deus fieri vult: parum est quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari colunt et ut deum orant *μωροῦ εὐιλάτου τυχεῖν*?'

tandem Iovi venit in mentem, privatis intra curiam moran- 9
tibus *senatoribus non licere* sententiam dicere nec disputare. 'ego' inquit 'p. c. interrogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis. volo ut servetis disciplinam curiae. hic qualiscun-

---

12 qui tibi ‖ 13 contulerim ‖ 19 *ὃς οὔτε Fromondus* | *πραγμα* ‖ 20 esse? rotundus *proposueram* ‖ 23 saturnalia eius ‖ 24 illum deum ab Iovem qui ‖ 26 occidit oro per quod: propter quid? *Lipsius* ‖ 30 corrigit ‖ 31 nescio ‖ 36 dicere nefas putari *Hauptius*

que est, quid de nobis existimabit?' illo dimisso primus interrogatur sententiam Ianus pater. is designatus erat in kal. Iulias postmeridianus consul, homo quantumvis vafer, qui semper videt ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. is multa diserte, quod in foro vivebat, dixit, quae notarius persequi non potuit et ideo non refero, ne aliis verbis ponam, quae ab illo dicta sunt. multa dixit de magnitudine deorum: non debere hunc vulgo dari honorem. 'olim' inquit 'magna res erat deum fieri: iam famam mimum fecistis. itaque ne videar in personam, non in rem dicere sententiam, censeo ne quis post hunc diem deus fiat ex his, qui ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν [aut ex his, quos alit ζείδωρος ἄρουρα]. qui contra hoc senatus consultum deus factus, dictus pictusve erit, eum dedi Laruis et proximo munere inter novos auctoratos ferulis vapulare placet.' proximus interrogatur sententiam Diespiter Vicae Potae filius, et ipse designatus consul, nummulariolus: hoc quaestu se sustinebat, vendere civitatulas solebat. ad hunc belle accessit Hercules et auriculam illi tetigit. censet itaque in haec verba: 'cum divus Claudius et divum Augustum sanguine contingat nec minus divam Augustam aviam suam, quam ipse deam esse iussit, longeque omnes mortales sapientia antecellat, sitque e re publica esse aliquem qui cum Romulo possit "ferventia rapa vorare": censeo uti divus Claudius ex hac die deus sit, ita uti ante eum qui optimo iure factus sit, eamque rem ad metamorphosis Ovidi adiciendam'. variae erant sententiae, et videbatur Claudius [sententiam] vincere. Hercules enim, qui videret ferrum suum in igne esse, modo huc modo illuc cursabat et aiebat: 'noli mihi invidere, mea res agitur: deinde tu si quid volueris, in vicem faciam: manus manum lavat'.

tunc divus Augustus surrexit sententiae suae loco dicendae et summa facundia disseruit: 'ego' inquit 'p. c. vos testes habeo, ex quo deus factus sum, nullum me verbum fecisse: semper meum negotium ago. sed non possum amplius dissimulare et dolorem, quem graviorem pudor facit, continere. in hoc terra marique pacem peperi? ideo civilia bella compescui? ideo legibus urbem fundavi, operibus ornavi, ut — quid dicam p. c. non invenio: omnia infra indignationem verba sunt. confugiendum est itaque ad Messalae Corvini, disertissimi viri, illam sententiam: "pudet imperii". hic, p. c. qui vobis non posse videtur muscam excitare, tam facile homines occidebat, quam canis adsidit. sed quid ego de tot ac talibus viris dicam? non vacat

5 vivat ‖ 8 fabam mimum *Cicero eodem usus proverbio ad Att. I 16, 13* ‖ 12 *interciditne* fictus? ‖ 14 Dis pater *vel* Dispiter *Schenkelius* ‖ 23 quis ‖ 29 suo *codex Guelferbytanus*

deflere publicas clades intuenti domestica mala. itaque illa omittam, haec referam; nam etiam si soror mea [Graece] nescit, ego scio: *ἔγγιον γόνυ κνήμης*. iste quem videtis, per tot annos sub meo nomine latens, hanc mihi gratiam rettulit, ut duas Iulias proneptes meas occideret, alterum ferro, alterum fame; unum abnepotem L. Silanum, videris Iuppiter an in causa mala, certe in tua, si aecus futurus es. dic mihi, dive Claudi, quare quemquam ex his, quos quasque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti? hoc ubi fieri solet? in caelo non fit. ecce Iuppiter, qui tot annos regnat, uni Volcano crus 11
fregit, quem

ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ Θεσπεσίοιο

et iratus fuit uxori et suspendit illam: numquid occidit? tu Messalinam, cuius aeque avunculus maior eram quam tuus, occidisti. "nescio" inquis. di tibi male faciant: adeo istuc turpius est, quod nescisti, quam quod occidisti. C. Caesarem non desiit mortuum persequi. occiderat ille socerum: hic et generum. Gaius Crassi filium vetuit Magnum vocari: hic nomen illi reddidit, caput tulit. occidit in una domo Crassum, Magnum, Scriboniam, Tristionias, Assarionem, nobiles tamen, Crassum vero tam fatuum, ut etiam regnare posset. hunc nunc deum facere vultis? videte corpus eius dis iratis natum. ad summam, tria verba cito dicat, et servum me ducat. hunc deum quis colet? quis credet? dum tales deos facitis, nemo vos deos esse credet. summa rei, p. c. si honeste *me* inter vos gessi, si nulli clarius respondi, vindicate iniurias meas. ego pro sententia mea hoc censeo': atque ita ex tabella recitavit: 'quando quidem divus Claudius occidit socerum suum Appium Silanum, generos duos Magnum Pompeium et L. Silanum, socerum filiae suae Crassum Frugi, hominem tam similem sibi quam ovo ovum, Scriboniam socrum filiae suae, uxorem suam Messalinam et ceteros quorum numerus iniri non potuit: placet mihi in eum severe animadverti nec illi rerum iudicandarum vacationem dari eumque quam primum exportari et caelo intra triginta dies excedere, Olympo intra diem tertium'.

pedibus in hanc sententiam itum est. nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit [ad inferos] a caelo

'*illuc* unde negant redire quemquam'.

dum descendunt per viam sacram, interrogat Mercurius, quid 12
sibi velit ille concursus hominum, num Claudii funus esset? et erat omnium formosissimum et impensa cura, plane ut scires

---

2 sormea. *omissum est* graece *in codice Parisino 8717* ‖ 15 *potius* nescii ‖ 20 *fortasse* tris homines assarios ‖ 25 durus respondi *codices deteriores* ‖ 38 *fortasse* Mercurium

deum efferri: tubicinum, cornicinum, omnis generis aeneatorum tanta turba, tantus concentus, ut etiam Claudius audire posset. omnes laeti, hilares: populus Romanus ambulabat tanquam liber. Agatho et pauci causidici plorabant, sed plane ex animo. iurisconsulti e tenebris procedebant, pallidi, graciles, vix animam habentes, tanquam qui tum maxime reviviscerent. ex his unus cum vidisset capita conferentes et fortunas suas deplorantes causidicos, accedit et ait: 'dicebam vobis: non semper Saturnalia erunt'. Claudius ut vidit funus suum, intellexit se mortuum esse. ingenti enim *μεγάλῳ χορικῷ* naenia cantabatur anapaestis:

'fundite fletus, edite planctus,
resonet tristi clamore forum:
cecidit pulchre cordatus homo,
quo non alius fuit in toto
fortior orbe.
ille citato vincere cursu
poterat celeres, ille rebelles
fundere Parthos levibusque sequi
Persida telis, certaque manu
tendere nervum, qui praecipites
vulnere parvo figeret hostes,
pictaque Medi terga fugacis.
ille Britannos ultra noti
litora ponti
et caeruleos scuta Brigantas
dare Romuleis colla catenis
iussit et ipsum nova Romanae
iura securis tremere Oceanum.
deflete virum, quo non alius
potuit citius discere causas,
una tantum parte audita,
saepe ne utra. quis nunc iudex
toto lites audiet anno?
tibi iam cedet sede relicta,
qui dat populo iura silenti,
Cretaea tenens oppida centum.
caedite maestis pectora palmis,
o causidici, venale genus.
vosque poetae lugete novi,
vosque in primis qui concusso
magna parastis lucra fritillo.'

1 senatorum ‖ 6 cum *alii* ‖ 9 lugente *conieci*, *μεγαληγορίᾳ Iunius* ‖ 15 *puto* victa ‖ 22 et neutra *editio princeps*

delectabatur laudibus suis Claudius et cupiebat diutius spectare. 13
inicit illi manum Talthybius deorum [nuntius] et trahit capite obvoluto, ne quis eum possit agnoscere, per campum Martium, et inter Tiberim et viam tectam descendit ad inferos. antecesserat iam compendiaria Narcissus libertus ad patronum excipiendum et venienti nitidus, ut erat a balineo, occurrit et ait: 'quid di ad homines?' 'celerius' inquit Mercurius 'et venire nos nuntia'. dicto citius Narcissus evolat. omnia proclivia sunt, facile descenditur. itaque quamvis podagricus esset, momento temporis pervenit ad ianuam Ditis, ubi iacebat Cerberus vel ut ait Horatius 'belua centiceps'. pusillum perturbatur — subalbam canem in deliciis habere adsueverat — ut illum vidit canem nigrum, villosum, sane non quem velis tibi in tenebris occurrere. et magna voce 'Claudius' inquit 'veniet'. cum plausu procedunt cantantes: *εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν.* hic erat C. Silius consul designatus, Iuncus praetorius, Sex. Traulus, M. Helvius, Trogus, Cotta, Vettius Valens, Fabius equites R. quos Narcissus duci iusserat. medius erat in hac cantantium turba Mnester pantomimus, quem Claudius decoris causa minorem fecerat. ad Messalinam — cito rumor percrebuit Claudium venisse — convolant: primi omnium liberti Polybius, Myron, Harpocras, Amphaeus, Pheronactus, quos Claudius omnes, necubi imparatus esset, praemiserat. deinde praefecti duo Iustus Catonius et Rufrius Pollio. deinde amici Saturninus Lusius et Pedo Pompeius et Lupus et Celer Asinius consulares. novissime fratris filia, sororis filia, generi, soceri, socrus, omnes plane consanguinei. et agmine facto Claudio occurrunt. quos cum vidisset Claudius, exclamat: *πάντα φίλων πλήρη*, 'quomodo huc venistis vos?' tum Pedo Pompeius: 'quid dicis, homo crudelissime? quaeris quomodo? quis enim nos alius huc misit quam tu, omnium amicorum interfector? in ius eamus: ego tibi hic sellas ostendam'.

ducit illum ad tribunal Aeaci: is lege Cornelia quae de si- 14
cariis lata est, quaerebat. postulat, nomen eius recipiat; edit subscriptionem: occisos senatores XXXV, equites R. CCXXI, ceteros *ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε.* advocatum non invenit. tandem procedit P. Petronius, vetus convictor eius, homo Claudiana lingua disertus, et postulat advocationem. non datur. accusat Pedo Pompeius magnis clamoribus. incipit patronus velle respondere. Aeacus, homo iustissimus, vetat et illum altera tantum parte au-

---

7 *fortasse* i et ‖ 16 Iunius ‖ 17 eques ‖ 19 *post* fecerat *nonnulla videntur intercidisse* ‖ 21 pherona otus ‖ 23 rofius (*corr. in* rufius) pomfilius ‖ 28 vos huc *aut* huc vos venistis *codices interpolati* ‖ 34 XXX equites r. V caeteros CCXXI *ὅσα* ‖ 35 *desideratur* Claudius advocatum

dita condemnat et ait: *αἴκε πάθοι τά τ᾽ ἔρεξε, δίκη κ᾽ ἰθεῖα γένοιτο.* ingens silentium factum est. stupebant omnes novitate rei attoniti, negabant hoc unquam factum. Claudio magis iniquum videbatur quam novum. de genere poenae diu disputatum est, quid illum pati oporteret. erant qui dicerent, Sisyphum *satis* diu laturam fecisse, Tantalum siti periturum nisi illi succurreretur, aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam. non placuit ulli ex veteranis missionem dari, ne vel Claudius unquam simile speraret. placuit novam poenam constitui debere, excogitandum illi laborem irritum et alicuius cupiditatis speciem sine effectu. tum Aeacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. et iam coeperat fugientes semper tesseras quaerere et nihil proficere:

nam quotiens missurus erat resonante fritillo,
utraque subducto fugiebat tessera fundo.
cumque recollectos auderet mittere talos,
fusuro similis semper semperque petenti,
decepere fidem: refugit digitosque per ipsos
fallax adsiduo dilabitur alea furto.
sic cum iam summi tanguntur culmina montis,
irrita Sisyphio volvuntur pondera collo.

apparuit subito C. Caesar et petere illum in servitutem coepit; producit testes, qui [illum] viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem. adiudicatur C. Caesari; Caesar illum Aeaco donat. is Menandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus esset.

---

1 *τ᾽ deest* | *λιχη ευθια* ‖ 5 sium diu laturam fecissent ‖ 17 lusuro

SISENNAE

RELIQVIAE MILESIARVM

Ovidius tristium II 443: vertit Aristiden Sisenna, nec obfuit illi historiae turpes inseruisse iocos.

Plutarchus in vita Crassi 32: post cladem Romanorum Parthicam anno urbis 701 Surena in senatum Seleucensium εἰσήνεγκεν ἀκόλαστα βιβλία τῶν Ἀριστείδου Μιλησιακῶν . . . εὑρέθη γὰρ ἐν τοῖς Ῥωσκίου σκευοφόροις καὶ παρέσχε τῷ Σουρήνᾳ καθυβρίσαι πολλὰ καὶ κατασκῶψαι τοὺς Ῥωμαίους, εἰ μηδὲ πολεμοῦντες ἀπέχεσθαι πραγμάτων καὶ γραμμάτων δύνανται τοιούτων.

Fronto ad M. Caesarem IV 3 p. 62 Naberi: partim scriptorum animadvertas particulatim elegantis, Novium et Pomponium et id genus in verbis rusticanis et iocularibus ac ridiculariis, Attam in muliebribus, Sisennam in lascivis, Lucilium in cuiusque artis ac negotii propriis.

MILESIARVM LIBER XIII

I

nocte vagatrix

II

te istuc hesterno quaesisse oportuerat, Ariste

III

'eamus ad ipsum.' atque ipse commode de parte superiore descendebat

---

Vnius libri has reliquias a Iulio Romano servatas omnes Charisius protulit

I *Ch. p.* 208 nocte: *carminis puto verba* ‖ II *Ch. p.* 200 hesterno | hesternoq. hesisse | aristae ‖ III *Ch. p.* 196 commode

IIII

quid nunc ostium scalpis, quid tergiversaris nec bene naviter is?

V

obviam venit

VI

confestim secuta est

VII

que iudicium false factum

VIII

nisi comminus excidisset 'quanti dantur?' 'tanti' inquit Olumpias, simul hoc dicens suavium dedit

VIIII

proin dato aliquid, quod domi habebis, quod tibi non magno stabit

X

ut eum penitus utero suo recepit

IV *Ch. p.* 207 naviter ‖ V *Ch. p.* 209 obviam ‖ VI *Ch. p.* 196 confestim ‖ VII *Ch. p.* 199 false Sisenna lib. q. iudicium *ut et titulus numerusque libri interciderit et principium velut* liberaleque ‖ VIII *Ch. p.* 194 quanti ‖ IX *Ch. p.* 194 magno ‖ X *Ch. p.* 223 utero | ut cum

LEGES CONVIVALES

I

Festus p. 363 M: Tappulam legem convivalem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius meminit Lucilius hoc modo: 'Tappulam rident legem congerrae Opimi'.

Tabulae ahenae fragmentum Vercellis inventum incisum litteris aevi Augusti designatum in actis instituti archaeol. Romani a. 1882 p. 186

lex] Tappula
L. Valer]ius Tapponis f. Tappo cis[ta . . .
. . . . . dicta conlegarum eoru[m . . .
. . . . . M. Multivori P. Properoc[i . . . .
. . . . . Me]ronis plebem Romana[m iure
rogavit pl]ebesque Romana iure sci[vit . . .
. . . . . in ae]de Herculis a. d. XI k. unde[cembr.
primus pro trib]u Satureia principi[o scivit
P. Valerius Ta]pponis f. pane repeti[to . . .
. . . . . e qui quaeve . . . . .

II

Aululariae sive Queroli finis p. 59 Peiperi: mercedem vulnerum victus accipiat. parasitus in convivio si fuerit veste discissus, a rege convivii duplam mercedem reparationis accipiat. de livoribus in quadrantem solidi unius, de tumoribus in trien-

---

1 *Valerius Max.* VIII 1, 8 C. etiam Cosconium Servilia lege reum propter plurima et evidentissima facinora sine ulla dubitatione nocentem Valeri Valentini accusatoris eius recitatum in iudicio carmen, in quo puerum praetextatum et ingenuam virginem a se corruptam poetico ioco significaverat, erexit, si quidem iudices inicum rati sunt eum victorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre sed de se dare merebatur. *istum iocum aut similem Plinius respicere videtur nat. h.* XIV 140 alius ut quantum biberit tantum edit pretium vinolentiae lege accipit, alius quantum alea quaesierit tantum bibit

II *initium sacrae constitutionis una cum Queroli exitu periit*

tem poena transibit. quod si et tumor fuerit et livor, solidi unius bessem iure optimo consequetur. unam vero unciam aposiae [hoc est excoctionis] contemplatione concedimus. placuit autem ut etiam de plagis et vulneribus infixis summoto strepitu criminali amicorum praestetur inspectio, ita ut dodrantem solidi nec inspicientum gratia nec largientis excedat humanitas. in luxu autem et ossibus loco motis usque ad deuncem solidi iniuriarum commodum placuit extendi. item porro de ossibus fractis placuit convenitque ut in minutalibus solidus, in principalibus vero ossibus argenti libra protenus traderetur. quae autem vel principalia videri ossa debeant vel minuta, medicorum tractatus inveniat. si autem parasitus amplius quam praefinitum est postularit, plus petiti periculo stranguletur. rex convivii iniuriarum merita etiam voluntariis decertationibus cogatur exsolvere, ita ut praemium criminosi *in* mercedem transeat vulnerati. in tantum autem parasitis consuli iura voluerunt, ut si vulneribus adflictus contestata lite defecerit, heredibus eius paterni laboris ac meriti praemia non negentur. quod si parasitus quamvis tractatus incommode, tamen de malis suis intestatus occiderit, heres agere non poterit. qui causas mortis non reddiderit, insepultus abiciatur. et haec omnia sic constituimus, quasi inter *convivium* hominum liberorum et aequalium lasciviens turba desaeviat. nam si a patrono vel servo patroni parasitus contra leges pertulerit iniuriam, habebit fugiendi liberam potestatem.

---

7 contemplationi *vel* -nis *libri* ‖ 8 summo *eidem* ‖ 25 inter se *Daniel* ‖ *cf. Queroli diverbium p.* 58, 15: potesne discere leges novas? M. hahahe, illas egomet ex parte condidi. Q. senatus consultum dico Servilianum et parasiticum. M. ohe, visne interdictorum capita iam nunc eloquar? ad legem Porciam Caniniam Furiam consulibus Torquato et Taurea

TESTAMENTVM PORCELLI

Hieronymus in praefatione libri XII commentariorum in Isaiam p. 493 Vall. nullus tam imperitus scriptor est qui lectorem non inveniat similem sui, multoque pars maior est Milesias fabellas revolventium quam Platonis libros. in altero enim ludus et oblectatio est, in altero difficultas et sudor mixtus labori. denique Timaeum de mundi harmonia astrorumque cursu et numeris disputantem ipse qui interpretatus est Tullius se non intellegere confitetur, testamentum autem Grunnii Corocottae porcelli decantant in scholis puerorum agmina cachinnantium.

idem contra Rufinum I 17 p. 473: quasi non cirratorum turba Milesiarum in scholis figmenta decantet et testamentum suis Bessorum cachinno membra concutiat atque inter scurrarum epulas nugae istius modi frequententur.

Incipit testamentum porcelli.

M. Grunnius Corocotta porcellus testamentum fecit. quoniam manu mea scribere non potui, scribendum dictavi.

Magirus cocus dixit 'veni huc, eversor domi, solivertiator, fugitive porcelle, et hodie tibi dirimo vitam'. Corocotta porcellus dixit 'si qua feci, si qua peccavi, si qua vascella pedibus meis confregi, rogo, domine coce, vitam peto, concede roganti'. Magirus cocus dixit 'transi, puer, affer mihi de cocina cultrum, ut hunc porcellum faciam cruentum'. porcellus comprehenditur a famulis, ductus sub die XVI kal. lucerninas, ubi abundant cymae, Clibanato et Piperato consulibus. et ut vidit se moriturum esse, horae spatium petiit et cocum rogavit ut testamentum facere posset. clamavit ad se suos parentes, ut de cibariis suis aliquid dimitteret eis. qui ait:

Praeter libros quibus Hauptius usus est cum testamentum hoc emenderet (Berolini vere anni 1860), inter quos P scheda Parisina scripta fertur saeculo IX, collatos habui ab Holdero codices B Bruxellensem 5503 saec. XI et H Haganum 154 i saec. XII. Danielis schedam Bernensem D contulit Hagenus Philologi vol. XXXI p. 182.

4 domus *DH* | versiator soli *H* ‖ 13 vocavit ad se *H*

'patri meo Verrino Lardino do lego dari glandis modios XXX, et matri meae Veturinae Scrofae do lego dari Laconicae siliginis modios XL, et sorori meae Quirinae, in cuius votum interesse non potui, do lego dari hordei modios XXX. et de meis visceribus dabo donabo sutoribus saetas, rixoribus capitinas, surdis auriculas, causidicis et verbosis linguam, bubulariis intestina, isiciariis femora, mulieribus lumbulos, pueris vesicam, puellis caudam, cinaedis musculos, cursoribus et venatoribus talos, latronibus ungulas. et nec nominando coco legato dimitto popiam et pistillum, quae mecum attuleram: de Tebeste usque ad Tergeste liget sibi collum de reste. et volo mihi fieri monumentum aureis litteris scriptum: 'M. Grunnius Corocotta porcellus vixit annis DCCCC · XC · VIIII · S · quod si semissem vixisset, mille annos implesset'. optimi amatores mei vel consules vitae, rogo vos ut cum corpore meo bene faciatis, bene condiatis de bonis condimentis nuclei, piperis et mellis, ut nomen meum in sempiternum nominetur. mei domini vel consobrini mei, qui in medio testamento interfuistis, iubete signari'.

Lardio signavit. Ofellicus signavit. Cyminatus signavit. Lucanicus signavit. Tergillus signavit. Celsinus signavit. Nuptialicus signavit.

explicit testamentum porcelli sub die XVI kal. lucerninas Clibanato et Piperato consulibus feliciter.

---

1 delego (lego *B*) ‖ 2 delego ‖ 4 delego *DH* lego *B*. *desunt haec in P* ‖ 5 dabo et donabo *P* dabo. Dabo *B* dabo *H* | rixatoribus *Brassicanus* ‖ 6 botulariis *Hauptius* ‖ 8 et *om. B* ‖ 10 abstuleram *D* dederam *B* | a tebeste *B* | terreste *H* terrestre *BDP* ‖ 11 collo *P* ‖ 12 ex litteris aureis *P* ‖ 13 si semis *BP* si *tantum D. fuit nimirum* si S. ‖ 17 modo domini mei *B* | qui meo testamento *BD* ‖ 20 Celsanus *DP. deest hoc nomen in H. fortasse* Celsinianus ‖ 22 testamentum m. p. sub *B. omissa haec in H*

SATIRARVM ALIARVM MILESIARVMVE INDICIA

I

Suetonius de grammaticis 15: Lenaeus Magni Pompei libertus . . . tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Sallustium historicum, quod eum oris probi, animo inverecundo scripsisset, acerbissima satura laceraverit, lastaurum et lurconem et nebulonem popinonemque appellans et vita scriptisque monstrosum, praeterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem.

II*

Fulgentius in expositione sermonum antiq. p. 562, 29 M: M. Cornutus in satira sic ait 'titivilicia, Flacce, do tibi'.

III*

idem p. 564, 21: Gavius Bassus in satiris ait 'veruina confodiende, non te nauci facio'.

IIII

Iulius Capitolinus in vita Clodii Albini domo Hadrumetini 11: Milesias nonnulli eiusdem esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamvis mediocriter scriptae sint. *deinde in capite 12 ubi Severi refertur ad senatum epistula de eodem:* maior fuit dolor quod illum pro literato laudandum plerique duxistis, cum ille naeniis quibusdam anilibus occupatus inter Milesias Punicas Apulei sui et ludicra literaria consenesceret.

I *potest quidem Luciliano charactere satura fuisse sicut illa quam Saevius Nicanor scripserat, praesertim cum hexametro facile prima verba aptentur* lastaurus lurco nebulo turpisque popino. *at probabilius cynicam statuere mihi videor generis Varroniani. confer epigramma de furtis Sallustii relatum a Quintiliano VIII 3, 29* ‖ II *et* III *quamvis aperte ficta, monstrant tamen illa aetas quid fere de saturis antiquis existimaverit*

V*

Suetonius in vita Claudii 38 ubi imperator narratur testatus esse oratiunculis quibusdam simulatam a se regnante Gaio stultitiam: nec tamen persuasit, cum intra breve tempus liber editus sit cui index erat *μωρῶν ἐπανάστασις*, argumentum autem stultitiam neminem fingere.

VI*

Suetonius de grammaticis 9 de Orbilio Pupillo: librum etiam cui est titulus *περιαλγής*, edidit continentem querellas de iniuriis, quas professores negligentia aut ambitione parentum acciperent. fuit autem naturae acerbae non modo in antisophistas, quos omni occasione laceravit, sed etiam in discipulos.

VII*

Suetonius in vita Tiberii 42: Tiberius Asellio Sabino sestertia ducenta donavit pro dialogo, in quo boleti et ficedulae et ostreae et turdi certamen induxerat.

V *sales, index graecus, μωροῦ nomen libellum arguunt consimilem Senecae saturae* ‖ VI titulus perialogos ‖ VII *Seneca suas.* II 12 Sabinus Asilius venustissimus inter rhetores scurra

INDICES VARRONIANI

NOMINA PROPRIA

Aborigines *titulus saturae* 1
Accius *vide* Attium
Ἀχιλλέως 357
Actaeon *saltatus* 513
Adon 540
Aegaeos fluctus 226
palma Aegyptia 403
Aenea 16 Pseudaeneas *titulus* 6 Aeneae sanguen 225
Africa 225
P. Africanus 376
Agamemno 570
Agatho *titulus* 6
Aiax 125 stramenticius *titulus* 18
Albula 415
de Albuci subus 127
Alexander rex 281
haedus ex Ambracia 403
Amor 204 371
Amphion *heros et tragoedus* 367
Andromeda 406
Anna ac Peranna 506
Antipater Stoicus 291
Pseudulus Apollo *titulus* 438 aedes Apollinis 439 *Delius ad* 579
Apollonius 221
Apulia 369 tetricam * Appulam 554
Aratus 206
Arcadon colonum Mercurium 101
Argo citiremem 15
Aristoteles 128 *κατ' Ἀριστοτέλην* 543
Aristoxenus 360
Atalanta 300
tricae Atellanae 198
Athenae 34 127 334 347 Atticum talentum 480 Attice philosophia 141 Atticae musae 379 noster Atticus rivalis 453
Attidis signum 150?
idem Atti quod Titi *titulus* 217
Accio idem quod Titio ius esto 543
Augeae *κόπρος* 70
Automedo meus 257
Baiai *titulus?* 44 ostrea *Baiana
Bimarcus *titulus* 45 [549
cultelli e Bithynia 197
Briseis 368
de fronde Bromia 443
Caecilius *comicus* 399
ager Caecubus 38
Caesar *triumvir* 556
Calenas obbas 114
Capitolium 195
seplasia Capuae 38
Carneades 483 484
Catamitus *titulus* 74
*Cela 506
Ceres 251 506
pelamys Chalcedonia 403
amphorae Chiae 104
insula Chrysa 38
Chrysosandalos 432
Cilices scari 403
χαραχτὴρ Κλεάνθους 245
Clodius Quintipor 59
ad Concordiam 330
Crassus *triumvir* 556 atria divitis Crassi 36
Critonia 570
Cumanos calices 114
M'. Curius 195
Cynicos 281 Cynici 314
*Damacrinum eculeum 118 (*cf. Damanitanos Plin. III 24 et Varr. r. r. II 1*)
Delphi 152 Delphice columna 320
Democritus 81
Diana 385
Dienoslemmatoslogos *stoicus* 291

Diogenes cynicos 281 444 469 517 per Dionysia 142
Dionysius *tyrannus* 416
Dulorestes 14
Empedocles 163
Empedotimus Syracusanus 560
Endymiones *titulus* 101
Ennius 59 189 356 398
Epicurus 315 402
κοινὸν Ἑρμῆν 499
Etruria 17
Eumenides *titulus* 117
Existimatio 147
Flora 136
Fortuna 506
in Graecia 311 352 Graeci 380 541 Graecus 396
Gratiae 333
Hadria *urbs* 421
Hannibal 407 Hannibālis 213
Heraclides Ponticos 81 445
Heraclides Tarentinus 445
Hercules 20 70 413 560 Herculis athla 76 162 ad Herculis 439 *tituli alter Hercules* 19 Herculis columna 76 Hercules tuam fidem 213 Hercules Socraticus 211
Herophilus 444
draco Hesperidum 293
Hiberi 170 glans Hiberica 403
Homerus 60 398
leo ad Idam 364
ab Ilio 471 Ilias 398
Metamelos Inconstantiae filius 239
Infamia 123
Ismenias scaturrex 112
Iuppiter 34 19 sub diu 171 Ioves seu Iuppiteres 582
Lampadio 8
Lares 463
Latium 542 scaena latina 51
hydra Lernaea 299
Liber 115 307 443
Libyssa citrus 182
*Lucania lex 67
ostream Lucrinam 501
Ludon flumen 96
Luna *urbs* 421
Lunae bigas 92 triviae lumine Lunae 203
Maenia lex *titulus* 233 238
Manius 66 *titulus* 247. 259 M'. Curius 195
Marcus *Varro* 60 175 505 Marcipor *titulus* 269 Marcopolis *titulus* 288 *cf.* Bimarcum
Mars 20 insignibus Martis 170
mater deum 149
Medea 284 285
Melicae obbae 114 grues 403
mitra Melitensis 433
Meleagri *titulus* 293
Menander 302
Menippus 516 *ταφὴ Μενίππου titulus* 516 Menippea haeresis 542
artem Mentoris 7
Metamelos 239
apes Milesiae 432
Minerva 34 470 506 515
Mnesitheus 575
Musae 201 333 395 musarum scriptores 379 sine ulla musa 59
Naides 130
Neapolis 511 Neapolitanae piscinae 160
Neptuni filius *Busiris* 226
Nerienis 506
Numa Pompilius 537
Odyssia 60
Oedipus 347 Oedipothyestes *titulus* 347
Olympiae Iuppiter 34
Orestes *vide* Dulorestem
Pactolus 234
Pacvi discipulus 356
Pales 506
Palladis fros 390
Panda 506
Pappus *titulus* 384
Parmeno *titulus* 385
Pelias 285
Anna ac Peranna 506
Persarum montes 36
aselli Pessinuntii 403
o Petrulle 304
Philippeum *aurum et medicamentum* 343
mea Philophthonia 542
Phonascia 348
Phrygius cornus 131 Phrygia attagena 403
Pierides 467
cum psalte Pisia 136
Plautus 40 399 522
Plotius rhetor 257
tertia Poenarum 123
Polycles *artifex* 201
Pompeius *triumvir* 556

Numa Pompilius 537
Pompilius *poeta* 356
Ponticos Heraclides 81 445
*Postumus *in titulo* 420
Prometheus *titulus* 423
Propontis 273
Prusiades *Ennianum?* 407
Pseudaeneas *titulus* 437 Pseudulus Apollo *titulus* 438
Quinquatrus *titulus* 440
Quintipor Clodius 59
asinus meus Reatinus 502
helops Rhodius 403
magna Roma 53 Romae 166 173 213 334 456 488 514 530 Romam 491 528 529 tota *Roma 191 Romani 407 541 rusticus Romanus 186 res Romana 542
macellum Romuli 38
Sabelli 17
Samnium 17
pavus e Samo 403
Sardes 96 in Sardianis tapetibus 212
Sardi venales *titulus* 449
Scantius *citatur* 142
Scythae 426
Seius 60
Serapim 128 Serapi *genetivus* 152
Serranus *titulus* 450
Sesculixes *titulus* 461
Socrates 6 99 490 Hercules Socraticus *titulus* 211
Sol 351
Stoicorum pancration 519 Antipater Stoicus 291 Stoicus deus 583
Strobilus 134
ostrea Tarenti 403 cera Tarentina 432 Heraclides Tarentinus 445
muraena Tartesia 403
Terentius *comicus* 399
Thais Menandri 302
nuces Thasiae 403
Thebogenes scaturrex 112
*Thespiadum chorus 466
Thyestes *cf.* Oedipothyestem
Tiberis 494
Tithonus *titulus* 544
idem Atti quod Titi *titulus* 217 Accio idem quod Titio ius esto 543
Triptolemus 457
Tusci 17 Tuscus aquilex 444
Tutanus 213 Tutilina 216
Varro 562
Venus 275 paeta 344 Veneris puellus Adon 540 veneris bigas 87 veneris otium 581
Veritas 141
Vitulus 411
Vlixes 125 469 *cf.* Sesculixem
Vulcanus 68
Volumnius 282
Zenon 164 483

METRA

omisi veterum poetarum versus a Varrone usurpatos, deinde non modo quae numeris vincta fuerint an non nescimus (*velut* 35 sed quod haec loca aliquid genunt *sumpta ex iambis esse qui aiat et qui neget, periter arioletur*) *verum etiam quorum metrum plane non liquet* (*velut* 15 Argo citiremem *tam ductylico generi et trochaico quam ionico apta vel* 466). *in iambis trochaeisque cur inutile duxerim graeca arte factos ab italicis versibus separare, apparebit perlustranti* 182—185 *et* 269—272.

Iambi: senarii 6—8 28 37 45 46 77 94—98 109 111 117—122 171 199 213 217 218 233 234 247 248 *249 269—274 304—307 326 348—355 370—372 385 422—428 442 443 462—465 485 486 506 516 545 552 558 570 578
senarii scazontes 57 219 293 358 373 401 549
septenarii 133—135 *214 308 309 357 576
octonarii *38 136 137 *440 511 *cf. ad* 320
Trochaei: septenarii 1 26 50—53

138 139 182—185 *235 244 *246 310 *500
septenarii scazontes 21 27 250 251 288 *487 544 557 569
octonarii 54—56 75 205 559
octonarii alterni, alterni septenarii 78 204
Trochaeorum iamborumve frusta alia 215 441 449 (*iambis aptum* nil)
Dactyli: hexametri 9 36 71 86 125—127 129 173 181 225 252 327 450 461 507 508 546
disticha 128 226 289 356 488
hexametri pars 169
pentametri pars *130
Anapaesti: dimetri 92 123 *124 200—203 222—224
aristophanei: 25 47 48 242 359 394 421 461
Ionici: a maiore 19 87 489
a minore 579
sotadei 2 3 85 112 322 342 400 438
galliambi 79 131 132 275 540
Paeones: cretici 170 386—393 *467 577
bacchiaci 405
Glyconei 437
Hendecasyllabi 49 *101 565—568

MEMORABILIA

adiectiva exeuntia in -ilis: aquatilis 576 deletilis 305 flatilis 307 nexile 385 potilis 442 scaenatilis 304 tolutilis 306 volatili 293 flebile 250 vigilabilis 485 *cf.* fastidiliter 78 *composita:* aerifice 201 ardifeta 204 dentharpagae 441 lanigeras 242 stelligeras 465 remivagam 49 stellumicantibus 92 remipedas buxeirostris pecudes 489 citiremem 15 crebrinoda 578 multicupida 545 multunummus 549 multisignibus 21 vagipennis 489
adulescentiari 550
aërinae compedes 473
aevitas 544 aeviternus 437
diligens ad amussim 555
andabatae *caecutientes tit.* 25
antidhac *Naevianum?* 8
aquilenta 400
arquati 148
αὐτό adclamatio Attica ἐπὶ τῶν φιλτάτων 380
autumnitas 443 458
badius ecus 358
mulierem foras baetere iussit (*e XII tabulis opinor*) 553
bivira 239
ecum calcitronem 479
caliandrum 570
calliblepharon 370
caperrata frons 134
*carnales *sexagenarii de ponte* 494
censeam *suscenseam* 72
te nemo centussis *emet* 404
cercopitheci 127
cibarium vinum 319 frater cibarius 360
se clepere 342
commalaxare 177
compendiaria *via* 510
culter coquinaris 197
cossim venero *quasi claudicans* 471
oracla crepera 326
curia *βουλή* 453
cycnus *περὶ ταφῆς tit.* 79
decoquere 512
deminutiva: aetatula 87 amicula 432 arcula 492 caruncula 31 cenula 103 cultelli 197 digitulus 371 eculeum 118 equilam 236 homullus 92 242 *487 lepusculus 385 luculla 371 nova nuptula 10 palmulae 355 puellus 19 285 540 *puellulae 438 tegillum 464 tunicula 325 uxorcula 116 bellus homo 519 517 bella 64 312 482 (belliores 541) formonsula 176 meliusculam 153 misellus 205 parvuli 375 suppaetuli 375 tacitulus 187 318
agri depolitiones 589
depontari 493

molit et depsit 331
descobinare 89 296 desubulare 483
dextimam viam 402
dierectum 133
rutro caput displanat 291
sub diu *pro cretico* 171
domusioni quod satis esset 517
dotis dare *aliquid* 38
eius duodecima *pars* 404
ecce tibi 411
edolare 332 59
elimino me 459
equimentum 502
ericius 490
esurigo 521
etymologiae Varronis 33 61 100 179 384 420
evallaverunt 109 eviravit 275 evirescat 425
excuriare 221
ad exodium ducere 520 174
pila expulsim ludere 456
extima meta 544
ollarum *figurator 68
flaxtabula *περὶ ἐπαρχιῶν tit.* 175
fritinnire 565
in gabalum suffigere 24
gallantes 119
gallus *Persicus* 379
ganeum 481
gilvus ecus 358
grallatores 323
una granaria 184
ieiunio 161
impancrarunt 587
infantior quam meus mulio 367
irrumpit se 411
iugere miluus 464
*iuvenitas 545
dicite labda *λαικάζειν* 48
speribus lactet 350
ante lanienas 456
lingulacae 381
nescioqui longurio 562
luci claro 67 512
maeandrata 534
prius alvum quam *τύλην* subducere malle 447
maniae 463
medioxime 320
non est merum *res integra* 552
mera miracula 286 meram tunicam 469
micandum erit cum Graeco 396
mulierare 205
murinus ecus 358
mustei in carnario 12
mutuiter 346
mystagogi Olympiae, Athenis 34
decem annorum natus 496
nefantia 509
noctiluca *νυκτολαμπίς* 292
nomina et declinatio: turdae 446 absinthium gravem 440 intestini 290 tenues porri 580 sagus 569 cornus 131 calamistra 563 nervia 368 366 phalera 97 in peristromo 447 calx candidus 288 calces elixos 531 guttur capacior 237 murmur ferus 493 mugit bovis 3 mansuem 364 speribus 1 350 itiner 421 itere 79 difficul 46 sanguen 225 lact 26 *genetivo* terrai 126 Serapi 152 domuis 522 fructuis 295 530 manuis 423 partuis 26 quaesti 436 sumpti 52 (victus 567) *ablativo* humu 422 531, *pluralis* caestis 89 qui *quibus* 323 525 *graece* lymphon 50 57 96 101 170 chorean astricen 269 sophistice aperantologia 144 (*sim.* Ponticos Ponticon)
nugas fieri 513
numero venire 410
inter nundinum 186 528
obstringillat 264 obstrigillator 436
occipitium tripodi ostendo 459
ocellati 283
orthopsalticum psalterium 352
pancarpineus cibus 567
parochos 475
rictus parvissimus 375
petasatus 410
phagones 529
phonascia 348
*πιθοδεής *ut ὀλιγο- πολυδεής* 113
pila *ex suspendio* 516
dividum stilo poeticon *satura mixta carmine et prosa* 58
populus ambulando porcas reddit 535
porcet 251
ut pote plurimum 268
praecantari 152
praecipitatu *an* praecipitatim? 75
traps pronis 391
proverbia: age modo *tit.* 15 capri-

num proelium *tit.* 71 cave canem *tit.* 75 143 cras credo, hodie nihil *tit.* 77 dolium aut seria *tit.* 92 est modus matulae *tit.* 111 peius formidant quam fullo ululam 539 fulmenta lectum scandunt 586 Hercules tuam fidem *tit.* 213 idem Atti quod Titi *tit.* 217 543 longe fugit qui suos fugit *tit.* 244 mutuum muli scabunt *tit.* 321 nescis quid vesper serus vehat *tit.* 333 novum cribrum novo paxillo pendeat 69 164 papia papae *tit.* 370 prandium caninum 575 pransus paratus *tit.* 421 175 purus putus 91 98 245 432 Sardi venales *tit.* 449 semel unum singulum esse 345 414 cum aliquo serram ducere 329 quod in solum mihi venerit 90 subductis superciliis 167 tacitulus taxim 187 318 umbram quoque spei devorasset 378 virgula divina *tit.* 565 nec vola nec vestigium apparet (extat) 537 110 ἄγαν μηθέν 320 ἀλλ' οὐ μένει σε *tit.* 21 ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς *tit.* 19 δὶς παῖδες οἱ γέροντες *tit.* 91 δὸς καὶ λαβέ 498 εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα *tit.* 166 ἔχω σε *tit.* 168 ἕως πότε *tit.* 173 γνῶθι σεαυτὸν *tit.* 199 θεῷ ἕπου 152 κοινὸς Ἑρμῆς 499 μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται 381 ὄνος λύρας *tit.* 348 349 543 σκιαμαχία *tit.* 506 τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον *tit.* 552 τοὐπὶ τῇ φακῇ μύρον *tit.* 549 ψαμμακόσιοι 528 585
volucris putillos 568
pythaules 561
ramices rumpit 192 561
hic rapo 378 rapinatores 65
ruror 457
sumus in rutuba 488
satullare 401
saperdae 312
scaena latina 51 scaenatici 353 modus scaenatilis 304
papyri scapos 58
scriptores quorum verbis Varro utitur: Menander 30 *167 *Naevius* 8? *Plautus* 29 40 521 522 *Ennius* 59 103 189 225 233 405 *407 428 486 494 542 *Pacuvius* 254 *Lucilius* 53 *253 *417 (*cf.* 508) 509 *Scantius* 142 *incerti* 41 (*comicus poeta?*) 381 (*qui versus pictoribus adsignatur Apollodoro vel Zeuxidi*) 570 (*tragicus poeta?*) *adde Homerum* (*α 1*) 60 *Delphica praecepta* 152 320 *Mnesitheum* 575 *legem XII tabularum* *156 188 *553
Triptolemum sculponeatum 457
semustilatus 411
narium seplasiae 511 seplasia fetet
silicernium 303 [*tit.* 420
silo 207
sues silvatici 361
simul -nec non simul 190
simulare *alicui* 552
somnurnas imagines 427
spatula 275
verbum statera auraria pendere 419
straba 344 strabones 176
σύρους 271
ante tabernas 535
anni tetrachordon 458
tragici 156
trahere lanam 190 lanea tracta 325
tricinus quaestus 159
trimodia 310
triphallos *περὶ ἀρρενότητος tit.* 562
trossuli 480
tudiculare 287
veget 268 351
verba et coniugatio consolaret 347 miras 128 129 rixant 454 43 vagat 215 438 ne polliceres 41 demolio 591 clueor 356 satisfacitur 82 *te* nihil mei reveretur 449 bount 386 fervĕre 86 498 ne taxis 304 duxti 201 vixent *321 duxe 329 circumspexe 490 comestis acinis 523 mussati 102 potus vinum 319
dormitio vigilabilis 485
vinalia *περὶ ἀφροδισίων tit.* 564
vinculata *in parietum picturis* 534
vir viracius 300 (gallus gallinacius 348)
virgidemia *Naevianum?* 8
urnarium 532
vulpinari 327

INDICES SATVRAE SENECAE

NOMINA PROPRIA

Aeacus 14 15
Agatho causidicus 12
Alexandria 8
Amphaeus lib. 13
Apollo 4
Appiae viae curator 1
Arar 7
Celer Asinius 13
*Assario *male* 11
Athenae 8
cloacas Augeae 7
Augurinus 3
diva Augusta 9
divus Augustus 1 9 10
Aurora 4
Baba 3
Bacchus *vinum* 2
Brigantes 12
Britanni 3 12 Britannia 8
Caesar *gentile nomen* 5 *Nero* 4
Iustus Catonius praef. 13
Cerberus 13
Claudius 1 *et deinceps* divus Claudius 9 10 11 homo Claudiana lingua disertus 14
Clotho 3
lex Cornelia de sicariis 14
Cotta eq. R. 13
Crassus Frugi 11
Cretaea oppida C 12
Cyllenius 11
Cynthia 2
Diespiter 9
ianua Ditis 13
Drusilla 1
Ἐπικούριος θεός 8
Fabius eq. R. 13
Febris 6
Gaius Caesar 11 15
Galli 3 Gallus 6
Graeci 3 Graecus 5 Graeculus 5 Graece 10
Harpocras lib. 13
M. Helvius eq. R. 13
Hercules 5—9 Hercule 7
Hesperus 4
Hesperium mare 7
Hispani 3
Homericus versus 5
Horatius 13
Ianus pater 9
Inachia urbs 7
duae Iuliae 10
Iuncus praetorius 13
Iuno 8
Iuppiter 5 8—11
Ixion 14
Lachesis 6
Laruae 9
Licinus *proc. Aug.* 6
Lucifer 4
Lugudunum 6 Lugudunenses 6
Cornelius Lupus 13
Saturninus Lusius 13
*Marci municeps Lugudunensis 6
Medus fugax 12
Menander lib. *Aeaci* 15
Mercurius 3 11 13
Messalla Corvinus 10
Messalina 11 13
Mnester pantomimus 13
Myron lib. 13
Narcissus lib. 13
Nero 4
Nestoris anni 4
Oceanus 12
Olympus 11
metamorphosis Ovidi 9
tres Parcae 3 4
Parthi 12

sequi Persida telis 12
P. Petronius 14
*Pheronactus lib. 13
Phoebus 2 4 7
Pieria lauro 4
Polybius lib. 13
Magnus Pompeius 11
Pedo Pompeius 13 14
Rhodanus 6 7
Roma 4 Romam 6 Romae 6 7 8 Romanus 5 populus R. 12 equites R. 13 14 Romanae securis 12
Romuleis catenis 12
*Rufrius Pollio praef. 13
Saturnus 8 Saturnalia 12 Saturnalicius princeps 8
Scribonia 11
Appius Silanus 11
L. Silanus 8 10 11
C. Silius 13
Sisyphus 14 Sisyphium collum 15
Sol 4
Stoicus deus 8
Talthybius deorum *Mercurius* 13
Tantalus 14
Tiberius Caesar 1
Tiburi templum *Herculis* 7
Tithoni anni 4
Sex. Traulus eq. R. 13
*Tristioniae *male* 11
Trogus eq. R. 13
Varro 8
Venus 8
Vettius Valens 13
Vica Pota 9
Vienna 6
Volcanus 11
Xanthus 6

MEMORABILIA

omne genus aeneatorum 12
alogias excutere 7
quod mihi in buccam venerit 1
tam facile quam canis adsidit 10
certa clara adfero 1
vendere civitatulas 9
a cognitionibus 15
nec cor nec caput habet 8
hic curva corriget? 8
famam mimum fecistis 9
fatuari 7
vidit ferrum suum in igne esse 9
gallus in sterquilino suo plurimum potest 7
ἔγγιον γόνυ κνήμης 10
horologia 2
iuratores 1
laturam facere 14
fecit plena manu 4 manus manum lavat 9
mera mapalia fecistis 9
mentis suae non est 7
mera mendacia 6 mera mapalia 9
metra: hexametri III 2 *VI* 2 *VIII* 15 *XXXII* 4 *trimetri XIV* 7 *anapaesticae dipodiae LX* 12
μωροῦ *divi Claudii* 7 8
ubi mures ferrum rodunt 7 Romae mures molas lingunt 8
non posse videtur muscam excitare naenia 12 [10
quod tibi narro 6
nemo illum natum putavit 3
notarius 9
notorem petere 7
tam similem sibi quam ovo ovum 11
mulio perpetuarius 6
postmeridianus consul 9
aut regem aut fatuum nasci oportet 1 *cf.* 11
scriptores quorum verbis Seneca utitur: Homerus 5 9 11 14 *Hesiodus* 14 *Euripides* 4 *Ennius* 8 *9 *Varro* 8 *Catullus* 11 *Vergilius* 1 3 *Horatius* 13
tibi hic sellas ostendam 13
stulte, stude 8
subalba canis *Narcissi deliciae* 13
rotam sufflaminandam 14
de suo donat 4
tria verba cito dicat 11
vae me 4
velit nolit 1
via tecta 13

Lipsiae typis I. B. Hirschfeldi anno 1889

BINDING [illegible] MAY 28 1968

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

PA
6558
A2
1882

Petronius Arbiter
Satirae